REMISSO EXERCITU. Haec fere supplent docti : Remisso <exercitu simul etiam augur, quo consul in bello u>sus est in <auspicando, una discedere> iubetur, quod <tunc illo discedente iu>stum est exer<citum> etiam esse remissum ; ita tamen> ut, cum opus sit, <augurem consul denuo ad se posce>re possit. Nam <consules et censores non> in perpetuum <auguribus praesentibus ut>untur, ut ait., sed in regerenda sunt iis in auspi>cio quos po<poscerint> augures. A quo priusse>cures habitae <sint, eum et in augure legendo priorem>esse.

RAMUSCULARIOS. Ultima vox ('teloni') suspicionem movet. Ex libro de Officio Proconsulis hausit Gloss. Philox. AR 4 A ramulariis : ἀπὸ τῶν ἀντιπρόπων.

SODIA (?). Cf. infra, s. v. Solia (386, 1 appellantur sedilia..a solo). Cf. Serv. Aen. 7, 169 : Solium ..secundum Asprum per antistoichon.. quasi 'sodium', a sedendo. Supple si libet : di<vorum>. Sunt regum solia ad>huc. SUSQUE DEQUE. Haec supplent docti : <Proprie est sursum deorsum qu>od.

SONIVIO. Hunc adiectivum (sed quem adiectivi casum non constat) repperit in scriptore antiquo ps. -Plac. Cf. infra, s. v. Sonivium Tripudium (382,10).

SINE SACRIS HEREDITAS. A Verrio citatum esse Plautum crede (Capt. 775 ; Trin. 484).

heres sic<ut> pecuniae etiam sacrorum erat, ut ea diligentissime administrare esset necessarium.

Suppum antiqui dicebant quem nunc supinum dicimus ex Graeco, videlicet pro adspiratione ponentes <S>*litteram*; ut cum idem ὕλας dicunt et nos *silvas*, item ἑξ *sex* et ἑπτά *septem*. Eius vocabuli meminit etiam Lucius (1297).

si vero das quod rogat et si suggeri<s> suppus.

(Paul.) *Suppum* antiqui dicebant quem nunc supinum dicimus.

Sempronia horrea qui locus dicitur in eo fuerunt lege Gracchi ad custodiam frumenti publici.

Statua est ludi eius qui, quondam fulmine ictus in Circo, sepultus est in Ianiculo; cuius ossa postea ex prodigiis oraculorumque responsis senatus decreto intra Urbem relata in Volcanali, quod est supra Comitium, obruta sunt; superque ea columna cum ipsius effigie posita est.

Servilius lacus appellabatur <ab> eo qui eum faciendum curaverat in principio vici Iugari, continens basilicae Iuliae; in quo loco fuit effigies hydrae posita a M. Agrippa.

(Paul.) *Servilius lacus* Romae a conditore vocatus.

Sonticum morbum in XII (2,2) significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa. Quem nonnulli putant esse qui noceat, quod *sonte<s>* significat nocentes. Naevius ait (com. 128):

sonticam esse oportet causam quam ob rem perdas mulierem.

(Paul.) *Sonticum* iustum. Naevius « sonticam esse oportet causam quam-obrem perdas mulierem ».

Sacram viam quidam appellatam esse existimant quod in ea foedus ictum sit inter Romulum ac Tatium. Quidam quod eo itinere utantur sacerdotes idulium sacrorum conficiendorum causa. Itaque ne eatenus quidem, ut vulgus opinatur, sacra appellanda est a Regia ad domum Regis sacrificuli, sed etiam a Regis domo ad sacellum Streniae et rusus a Regia usque in arcem. Nec <Sacramviam> appellari debere ait Verrius, sed disiuncte ut caeteras vias, Flaminiam Appiam Latinam, ut ne Novamviam quidem sed *Novam viam*.

(Paul.) *Sacra via* in urbe Roma appellatur quod in ea foedus ictum sit inter Romulum ac Tatium.

Scita plebei appellantur ea quae plebs suo suffragio sine patribus iussit plebeio magistratu rogante.

SUPPUS. Immo suppes scripsit Lucilius (cf. Aristoph. Lysistr. 229), id quod Festus in alio loco dixisse videtur, siquidem Festina est gl. Abol. SU 69 Suppes: supinipes, id est supinis pedibus (quacum iunge SU 10 Suggestit: ministrat). Inter gl. Festinas in Vat. 1469 est Suppes est qui sola concava non habet (quam aut pro altera eius vocabuli interpretatione a Festo data habeo aut pro Festina interpretatione male intellecta).

S LITTERAM. Cf. infra, s. v. Semis (374, 19 ἑπτά septem, ὕλα silvae); Serpsit (474,2).

SONTICUM. Cf. supra, s. v. Insons (99,15); infra, s. v. Sontica Causa (464,28 dicitur a morbo sontico, etc.). Hinc (vel inde) Gloss. Philox. SO 54-55 Sontes: αἵτιοι, ὑπεύθυνοι, βαλῆσποι, Sonticus: ἐληθής (unde Gloss. Abav. SO 27 et 29); Gloss. Abol. SO 14 Sontes: rei nocentes.

SACRAM VIAM. Cf. Varr. L. L. 6, 47: Hinc oritur caput Sacrae viae ab Streniae sacello quae pertinet in arcem, qua sacra quotquot mensibus feruntur in arcem et per quam augures ex arce profecti solent inaugurare; huius Sacrae viae pars haec sola volgo nota quae est a foro eunti primore clivo.

SCITA PLEBEI. Cf. supra, s. v. Populi Commune Suffragium (264,17); s. v. Scitum Populi (442,28).

Solitaurlia hostiarum trium diversi generis immolationem significant, tauri arietis verris, quod omnes eae solidi integrique sint corporis; contra aci ** (contrari boves?) verbiçes maialesque; quia *sollum* Osce totum et solidum significat. Unde tela quaedam *solliferria* vocantur tota ferrea, et homo bonarum artium *sollers*, et quae nulla parte laxata cavaque sunt *solida* nominantur. Atque harum hostiarum omnium inviolati sunt tauri, quae pars scilicet caeditur in castratione. Sunt quidem qui putent ex tribus hostiis praecipue nomen inclusum cum solido tauri, quae amplissima sit earum. Quidam dixerunt omnium trium vocabula confixa (-fusa?), suis ovis tauri, adefecisse id quod uno modo appellarentur universae <suovetaurlia>. Quod si a sollo et tauris earum hostiarum ductum est nomen antiquae consuetudinis, per unum L enuntiari non est mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo; quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, utpote Graecus Graeco more usus, quod illi aequae scribentes ac legentes duplicabant mutas semi<vocales et liquidas>.

(Paul.) *Solitaurlia* hostiarum trium diversi generis inmolationem significant, tauri arietis verris, quod omnes eae solidi integrique sunt corporis. Sollum enim lingua Oscorum significat totum et soli-

dum. Unde tela quaedam solli-ferrea vocantur, tota ferrea, et homo bonarum artium sollers, et quae nulla parte laxata cavaque sunt solida nominantur.

<*Socordi*>am quidam <idem valere atque ignaviam dicunt>; M. Cato pro <stultitia posuit Originum lib.> VII cum ait (15) «..(22 litt.).. <ob in>mensam ti-<miditatem et socordiam causa erat> ne quid neg<oti publici> ..(12 litt.).. <gere>retur. Conpositum autem videtur ex se,> quod est sine, <et corde> ** (Paul.) Socordiam quidam pro ignavia posuerunt; Cato pro stultitia posuit. Conpositum autem videtur ex si, quod est sine, et corde.

Semis, *semodi*<us, *semuncia* qua ra>tione ex Graeco trahuntur etiam alia quae S> litteram pro <adspiratione eorum>.. (7 litt.).. habent, ut <ἐπτά septem, ὄλιαι> silvae, sic <ista ab eo quod ἴλλι ἡμισ> dicunt qui ..(13 litt.).. <declinata sunt>.

(Paul.) *Semis*, *semodius*, *semuncia* ex Graeco trahuntur, sicut et alia nonnulla quae S litteram pro adspiratione eorum habent, ut ἐπτά septem, ὄλιαι silvae. Sic ista ab eo quod illi dicunt ἡμισ declinata sunt.

Sublicium pon<tem> .. (20 litt.) .. appellatum esse <a sublicis>.. (10 litt.).. <vo>-cabulo Volseco<rum, quo appellant tingna> in latitudinem <extensa>; unde

SOLITAURLIA. Huc, ni fallor, redit Gloss. Corp. (= Abol.) S 681 Suovetaurlia: sacra sunt de tribus animalibus, sue ove tauro (unde ausus sum suov. addere); Charis. 108,27 K. (139, 5 B.) Suovetaurlia quidam putant dicenda a victimis, sue ove tauro; sed Valgius de Rebus per Epistulam Quaesitis solitaurlia dicta ait esse a solis maribus; tauri autem nomen pro omnibus maribus sumptum esse. Cf. infra, s. v. Sollo (384, 29).

Solliferria] Cf. Schulten (Rhein. Mus. 66, 579). [adef.] Mira forma. [geminab. litt.] Vid. ad Anus (5, 35 quoniam antiqui non geminabant consonantes); s. v. Mutas et Semivocales (148,24 antiqui non duplicabant in scribendo).

SOCORDIAM. Hincine Gloss. Abol. SO 7; 19 Socordia: stultitia, neglegentia?

SE. Cf. infra, s. v. Sed (453,9 pro sine inveniuntur posuisse antiqui).

SEMIS. Cf. supra, s. v. Suppum (370,22); Serpsit (474,2).

SUBLICIUM. Hinc Gloss. Abol. SU 55 Sublicius fons: quia inter eius materiem aqua subliquitur.

pontem non a>liter Formiani <vocant> ..(16 litt.).. librorum q<uae ab aliis auctoribus> *sublices* vocan<tur. Quidam quod sub eo> aqua liquens <labatur sublicium dictum putant>, in qua opini<one fuit>.. (19 litt.).. Et meminit s..(12 litt.).. <Naevius>, qui ait in Belli <Punici libro> (61) :

..(10 litt.).. quam liquidum ..(23 litt.).. amnem,

et aliub<i> :

.. (21 litt.).. mem retinet s..(24 litt.).. Sallustius libro qua<rto Historiarum dicit> (85) : Ne inrumendi (- rumpe-) p<ontis>.. (17 litt.).. sublicibus cavata .. (19 litt.).. sent.

Supervacaneum, ut <videtur, se>cludit Verrius ab v<acuo> ..(40 litt.).. <t> antummodo ..(27 litt.).. n sit fami<liae, quod autem inutile, super>vacaneum **

(Paul.) *Supervacaneum supervacuum*.

<*Strufertarios* appellabant> antiqui ..(15 litt.).. <ho>mines con<ductos mercede qui ad> arbores ful<guritas noxarum com>missarum <causa sacrificia quaedam> e *strue* et <fero solennibus verbis f>aciunt ..(20 litt.).. ret uti mihi..(20 litt.).. ullo etiam ..(20 litt.).. s fertario.

(Paul.) *Scrufertarios* dicebant qui quaedam sacrificia ad arbores fulguritas faciebant, a ferto scilicet quodam sacrificii genere.

<*Suberies* arboris genus> ex qua cortex <natatorius extrahitur>. Lucilius (1902) : ..(19 litt.).. ti hibernacu **

<*Silicernium* dicitur cena fu>nebris quam <Graeci περίδειπνον v>ocant, sed ..(12 litt.).. <V>errius existi<mat cibi genus q>uod nos farci<men dicimus, quo purgabatur f>letu[m] familia, <ita dici quia, cuius n>omine ea res <instituebatur, i>s iam silentium <cerneret. Caecilius Ob>olostate (122) :

cre<didi silicernium eiu>s me esse esurum **

(Paul.) *Silicernium* erat genus farciminis quo fletu familia purgabatur. Dictum autem *silicernium* quia, cuius nomine ea res instituebatur, is iam silentium cerneret. Caecilius « credidi *silicernium* eius me esse esurum ».

<*Sudum* Verrius ai>t significare sub<udum ; sed auctor>um omnium fere <exempla poseunt ut sud>us siccum significet. <Itaque *sudum* quasi ‘ se-

SUBLICES. Hinc nimirum Gloss. Philox-SU 48 Subliges : καταπήγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. || liquens]. Cf. supra, s. v. Liquitur (104,3 labitur, fluit). || S<ublicii pontis Naevius> docti ; sed cf. Cichorius (Röm. Stud. 54).

STRUFERTARIOS. Cf. Act. Arv. ferto] Cf. supra, s. v. (75,17). Cave suppleas ex Gloss. Abol. SC 38, siquidem duae ibi glossae Festinae conflatae esse videntur; *Scrufertarii* : ... <Scrutarii> : viles atque contempti. Cf. infra, in parte ii, s. v. *Scrutarii*; supra, s. v. *Fertum* (75,17 genus libi.. nec sine *strue*, altero genere libi, quae qui adferebant *struferetarii* appellabantur).

SUBERIES. Cf. infra, s. v. *Suber* (418,23 ac *suberies* qua natabant in thermis). Supple ex Isidoro, Etym. 17, 7, 27 (*Suberies* arbor ex qua viridissimus cortex natatorius extrahitur ; et ideo appellata *suberies*, eo quod fructus eius sues edunt ; porcorum enim sunt alimenta, non hominum ; et dicta *suberies* quasi ‘ subedies ’), siquidem credis eum ex Festo hausisse.

SILICERNIUM. Cf. Varr. Men. 303 (ap. Non, 48,6) : Funus exequiatis laute ad sepulchrum antiquo more *silicernium* confecimus, id est περίδειπνον. Ex alio Festi loco miram etymologiam (quasi ‘ se-lucerna ’) sumpsit Gloss. Philox. SI 36 *Silicernium* : περίδειπνον, λόχνους γὰρ ἄπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις ?

SUDUM. Utrum Gloss. Abol. SU 64 revera sit Abol. (ex Festo) an Abstr. (ex Schol. Vergil.) vix liquet, *Sudum* : serenum post pluviam (= Gloss. Abstr. SU 43) dicitur a sudore

udum', id> est sine udo ; ut *se<curus sine cura>*.

(Paul.) Sudum siccum, quasi seudum, id est sine udo. Securus sine cura.

<Sublesta antiqu>i dicebant infir<ma et tenuia>. Plautus in Persa (347) :

ad paupertatem si immigrant infamiae,

gravior paupertas fit, fides sublestior, id est infirmior. Idem in Nervolaria (98) « vinum » ait « sublestissimum », quia infirmos faciat vel corpore vel animo.

(Paul.) Sublesta infirma et tenuia.

Plautus « gravior paupertas fit, fides sublestior », id est infirmior. Idem « vinum » ait « sublestissimum », quia infirmos faciat vel corpore vel animo.

Satur et vir et † caro non habent †. *Supellectilis* recto casu et *senus* ratione dicebantur ; quae nunc contraria videntur esse finitioni <pro>portionis, quae omnia vocabula X littera finita per declinationes obliquorum casuum syllabam accipiunt. Haec autem duo desciverunt ab ea, ut alta compium (alia complura ?) quae non ideo infirmare debent praeceptum.

Scurrae vocabulum Verrius ineptissime aut ex Graeco tractum ait quod est σκυρᾶ-ζεν (?) aut a sequendo, cui magis adsentitur, quod et tenuioris fortunae homines et ceteri alioqui qui honoris gratia prosequerentur quempiam non antecedere sed sequi sint soliti ; quia videlicet dicat Lucilius (1188) :

Cornelius Publius noster

Seipiadus † dicto tempore quae intorquet in ipsum

oti et delici<i> s luci effictae † atque cinaedo et

sectatori adeo ipsi (-se) suo, quo rectius dicas,

ibat forte domum : sequimur multi atque frequentes,

cum secutos videri velit ob eorum iurgia, non ob adsuetum officium.

Secus Valgius putat ex Graeco quod est ἐξάς dictum. Absurde scilicet ; significat enim aperte aliter, <hau secus non aliter>, exemplis omnium fere qui eam vocem usurpant.

(Paul.) Secus aliter ; hau secus non aliter.

Stipem esse nummum signatum testimonio est et de eo quae (quod) datur *stipendium* militi et cum spondetur pecunia, quod *stipulari* dicitur.

(Paul.) Stipem esse nummum signatum testimonio est et de eo quod datur in stipendium militi et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur.

Sobrinus est, ut ait Gallus Aelius (21), patris mei consobrini filius et matris meae consobrinae filius. Femina isdem de causis appellat fratrem et fratrem patrualem et consobrinum et propius [con]sobrino et sobrina (-num ?). Idem gradus in sobrina quoque sunt.

(Paul.) Sobrinus est patris mei consobrini filius et matris meae consobrinae filius.

humoris, vel quasi semiudum vel siccum, id est sine dubio (uvido ?). Cf. Serv. auct. Geo. 4, 77 ; Serv. et Serv. auct. Aen. 8, 529 (sudum est quasi subudum.. alii sudum semiudum volunt dici).

SATUR. non hab. <ἀναλογίαν> **Mue.** Cf. Priscian. I p. 378, 11 ; Prob. 11, 2 ; Consent. 364,2 ; Charis. 183, 8.

SUPELLECTILIS. finitionis proportioni **Mue.**

SCURRAE. σκυρθ.] i. e. σκυρᾶζεν ?

STIPEM. Cf. infra, s. v. (412,9).

SOBRINUS. Cf. supra, s. v. Propius Sobrino (260,25 mihi est consobrini mei filius et consobrinae meae filius et patrismei consobrinus et matris meae consobrinus).

Sororium tigillum appellatur hac de causa : ex conventione Tulli Hostili regis et Metti Fufitii(-fet-) ducis Albanorum trigemini Horati et Cur<i>ati cum dimicassent ut victores sequeretur imperium, et Horatius noster exsuperasset victo<r>que domum reverteretur, obvia soror cognita morte sponsi sui fratris manu occisi aversata est eius osculum. Quo nomine Horatius interfecit eam, et quamquam a patre absolutus sceleri (-ris ?) erat, accusatus tamen parricidi apud duumviros dampnatusque provocavit ad populum. Cuius iudicio victor duo tigilla tertio superiecto, quae pater eius constituerat, velut sub iugum missus subit consecratisque ibi aris Iunoni Sororiae et Iano Curiatio liberatus omni noxia sceleris est auguriis adprobantibus. Ex quo sororium id tigillum est appellatum.

(Paul.) Sororium tigillum appellabatur locus sacer in honore Iunonis quem Horatius quidam statuerat causa sororis a se interfectae ob suam expiationem.

Sororia<r>e mammae dicuntur puellarum cum primum tumescunt, ut *fraterculare* puerorum. Plautus in *Frivolaria* d.. (10 litt.).. (85).

<tunc>papillae pri<mulum> fraterculabant, illud>volui dicere, so<roriabant. quid> opus est verbi<s> ?**

(Paul.) Sororiare mammae dicuntur puellarum cum primum tumes-

cunt, ut *fraterculare* puerorum. Plautus « tunc papillae primum sororiabant ». Illud voluit dicere, fraterculabant. (1)

<Suregit> et sortus (?) ant<i>qui ponebant pro surrexit> et eius parti<eipio> quasi sit ' surrectus ', qui>bus L. Liviu<s> frequenter usus> est.

(Paul.) Suregit et sortus pro surrexit et, quasi possit fieri, ' surrectus ' frequenter posuit Livius.

Sors et <patrimonium signifi>cat, unde con<sortes dicimus> et dei[s] resp<onsum et quod cuique> accidit in so<r<tiendo>.

(Paul.) Sors et patrimonium significat, unde consortes dicimus, et dei responsum et quod cuique accidit in sortiando.

<Soracum> quo ornamen<ta> portantur scaeni<corum> Plau<tus in Persa> (392) : <libro>rum eccillum <habeo plenum soracum>.

(Paul.) Soracum est quo ornamenta portantur sceni<corum>.

Sobrium vicum <dictum putant> ..(6 litt.).. et Aelius quod i<n> eo nullus tabernae> locus neque caup<ona> fuerit,> ali quod in eo M<ercurio> lacte, non> vino solitum <sit> supplicari>.

(Paul.) Sobrium vicum Romae dictum putatur vel quod in eo nulla taberna fuerit vel quod in eo Mercurio lacte, non vino supplicabatur.

<Soni>vium tripu<dium>.. (10 litt.)..

SORORIUM TIGILLUM. Haec suo loco (propter homoeon ?) praetermissa (et, ni fallor, in margine suppleta) infra, post Subsilles, exhibet Paul. Iterum recurrit infra, s. v. Tigillum Sororium (502,10). Cf. Otto (Rhein. Mus. 64, 466). subit] i. e. subiit.

SORORIARE. Cf. supra, s. v. Fratrare (80,21 puerorum mammae dicuntur cum primum tumescunt quod velut fratres pares oriuntur, quod etiam in frumento spica facere dicitur). Vide igitur ne illud sor. ioci causa a Plauto fictum sit.

SUREGIT. An praes. histor. ? Cf. infra, s. v. Suremit (382,34 sumpsit).

SORS. Cf. supra, s. v. Disertiones (63,20 divisiones patrimoniorum inter consortes).

SORACUS, maso. gen. (cf. Class. Quart. 7,118) voluisse Festum, Paulum male intellexisse crede. Cf. Pollux 10,20 : Σώρακος τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν.

SONIVIUM. Cf. supra, s. v. Puls (284,23 potissimum datur pullis in auspiciis quia ex ea

<Appius> Pulcher quod <sqnet cum pullo exci>dit plus (puls ?) quadr<upedive>.
<Sons> nocens, ut ex e<odem verbo insons in>nocens.

(Paul.) Sons nocens, insons innocens.

Sodalis <quidam dictos esse pu>tant quod una s<ederent et essent>, alii quod ex suo d<atis vesci soliti essent>, alii quod inter se <invicem suade>rent quod utile ess<et. Idem solent> crebro cong<er>r<a>e vocar<i, a Graeco> vocabulo quod est g<erra ita dicti>.

(Paul.) Sodales dicti quod una sederent et essent, vel quod ex suo datis vesci soliti sint, vel quod inter se invicem suaderent quod utile esset.

Sodes si audes, uti sis <pro si vis et ilico> pro in loco. Terentius <in Andria> (85) : <dic> sodes, quis heri Chry<sidem habuit ?>

(Paul.) Sodes si audes, uti sis pro si vis et ilico pro in loco. Terentius in Andria « die sodes, quis heri Chrysidem habuit ? ».

Surum dicebant ex quo <surculus per deminutionem factus in>usu est. Plau<tus>** (frag. inc. 41) :

non est tibi ..(13 litt.).. um,

item :

nam qui.. (14 litt.).. hic surculus.. (15 litt.).. rum, tum poli.. (16 litt.).. aut as<s>ulae.

<Item Ennius> (Ann. 525) :

<unus s>urum Surus <ferre, tamen defende>re possent.

(Paul.) Surum dicebant ex quo per deminutionem fit surculus. Ennius « unus surus surum ferret, tamen defendere possent.

<Suremit sumpsit>. (Liv. Odys. 34) :

<inque> manum su<remit hastam>,

<et alib> i :

surempsit <puerum>

<pro> pue<rum> sustule<rit>.

(Paul.) Suremit sumpsit. « Inque manu suremit hastam ». Surempsit sustulerit.

< « Scyrium, non Syrium » dixit ..(17 litt.).. s est quod cum ..(12 litt.).. <Alb> ucio nobilissi.. (17 litt.).. atque ob eam ..(15 litt.).. issimus semper ..(16 litt.).. instituit cum ..(17 litt.).. imus sumere ..(17 litt.).. ipso dignior ..(10 litt.).. <Σκύριον> καὶ οὐκ ἐστὶ Σύριον> ..(14 litt.).. t. Quod simon ..(18 litt.).. item nonnum<quam> ..(11 litt.).. a Socratem quae ..(17 litt.).. rat in librum ..(13 litt.).. inscripserat Scy<rium>.. (11 litt.).. gratia id appel <la>.. (8 litt.)..

necesse est aliquid decidere quod tripudium faciat); s. v. Sonivio (370,12 significat in carmine ... augurali sonanti).

SONS. Cf. supra, s. v. Sonticum Morbum (372,5 quod sones significat nocentes).

INSONS. Cf. supra, s. v. (99, 15).

SODALIS. Hincine Gloss. Abol. SO 1 Sodales : <una> sedentes ?

CONGERRAE. Cf. supra, s. v. <Con>gerrones (35, 15 leves et inepti a cratibus dicti... quas Graeci γέροντες appellant).

ODES. Cf. supra, s. v. Cumulter (44,1 significat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut sodes pro si audes, scilicet pro scire licet, sis pro si vis) ; infra, s. v. Sultis (462,5).

SURUM. Cf. supra, s. v. Crebrisuro (51,21 apud Ennium significat vallum crebris suris, id est palis, munitum) ; s. v. Rigido (362,26 Ennius iocatus... item « unus surum Surus ferre, tamen defendere possunt » ; suri autem sunt frustes et hypocoristicos sureuli). Vel hinc vel illine Gloss. AA (= Abol.) Surus : surculus.

SCYRIUM NON SYRIUM. An <Alb>ucio nobilissi<mo viro Graecis dedito> atque ob eam <causam ei infest>issimus ? || Simon<ides> vel si mon<uisset> docti.

<Sum>ussi dicebantur <murmuratores>. Naevius (trag. 63) « odi » inquit « summusos, pro> inde aperte dice <quid sit quod> times ». Ennius in sexto <Annalium> (182) :

<i>ntus in occulto mussa<bat> ,

<item rursu>s in Andromacha (94)

« di ..(8 litt.).. on est, nam mussare si **

s in A<na>gnorizomene (Juvent. 1) :

quod potes sile cela oc<culta> tege
tace mussa mane.

(Paul.) Summussi murmuratores. Naevius « odi » inquit « summusos, proinde aperte dice quid sit ». Terentius mussare pro tacere posuit cum ait : sile cela occulta tege tace mussa ».

Sum pro eum usus est Ennius lib. I (Ann. 98) :

at tu (?) non ut sum summa<m>
servare decet rem,

et lib. II (131) :

at sese sum quae dederat in luminis oras.

(Paul.) Sum pro eum usus est Ennius.

Sollo Osce dicitur id quod nos totum vocamus. Lucilius (1318) :

[s]uasa quoque omnino dirimit non sollo
dupundi,

id est non tota. Item Livius *sollicuria* in omni re curiosa, et *solliferreum* (34, 14, 11) genus teli totum ferreum. *Sollers* etiam in omni re prudens, et *sollemne* quod omnibus annis praestari debet.

(Paul.) Sollo Osce dicitur id quod nos totum vocamus. Livius *solliferreum* genus teli, id est totum ferreum. *Sollers* etiam in omni re prudens, et *sollemne* quod omnibus annis praestari debet.

Solia appellantur sedilia in quibus non plures singulis possint sedere, ideoque *soliari sternere* dicuntur qui sellisternium habent, et *sol<i>aria* vocantur Baby-nica quibus eadem sternuntur. Quae, ut ait Verrius, omnia ducta sunt <a> solo. Alvei quoque lavandi gratia instituti quo singuli descendunt solia dicuntur, quae a [s][c][e][n]dendo potius dicta videntur quam a solo.

(Paul.) Solla sedilia in quibus singuli tantum possunt sedere ; ideoque *soliari sternere* dicuntur qui sellisternium habent, et *solaria* vocantur Baby-nica quibus eadem sternuntur.

Sollistimum Ap. Pulcher in Auguralis Disciplinae lib. I ait esse tripudium quod aut (avi) excidit ex eo quod illa fert, saxumve solidum aut arbor viviradix ruit quae nec prae vitio hum-[an]i caedanturve iacianturve pellanturve.

Solum terram Ennius lib. III (Ann. 150) :
Tarquinio dedit imperium simul et
sola regni,
et aliubi (Ann. 455) :

SUMMUSSI. Annalium] potius quam Annali. Cf. Vahlen. in ed. Enn. praef. p. LXVI. Androm.] vide ne versus exciderit. Hinc Gloss. Abol. SU 60 Submussi [m] : murmurantes timide. Fortasse etiam Gloss. AA (=Abol.) Summussim : clam, occulte. Cf. supra, s. v. Mussare (131,9 murmurare Ennius « in occulto mussabat » ; vulgo vero pro tacere dicitur, ut idem Ennius « non decet mussare bonos »).

SUM. Cf. infra, s. v. Sos (386,32 pro eos antiqui dicebant, ut Ennius). Hinc, ni fallor, gl. corrupta AA (=Abol.) Sum : panem (pro eum).

SOLLO. Cf. supra, s. v. Solitaurilia (372,27 sollum Osce totum et solidum significat ; unde tela quaedam solliferria vocantur tota ferrea et homo bonarum artium sollers).

SOLIA. Solla cod. alvei] Hincine Gloss. Philox. SO 26 Solium : ἐμβάτην ? quae] vel Quae. Cf. infra, s. v. Seliquastra (460,1 sedilia antiqui generis appellantur, D littera in L conversa, ut etiam in sella factum est et subsellio et solio quae non minus a sedendo dicta sunt) ; supra, s. v. Sodia (?) (370,7).

SOLLISTIMUM. humani] humanave vi Aug.

sed sola terrarum postquam permensa parumper.

(Paul.) Solum terram.

Solea, ut ait Verrius, est non solum ea quæ solo pedis subicitur sed etiam <genus piscis, etiam> per (pro ?) materia robustea super quam paries craticius extruitur.

(Paul.) *Solea* vel ea dicitur quæ solo pedis subicitur vel genus piscis vel materia robustea super quam paries craticius extruitur.

Solox lana crassa et pecus quod passim pascitur non tectum. Titinius in *Barbato* (3) :

ego ab lana soloci ad purpuram data, et Lucilius (1246) :

pastali pecore ac montano hirtio atque soloce.

(Paul.) *Solox* lana crassa vel pecus lana contextum. Titinnius « lana soloci ad purpuram data » et Lucilius « pastali pecore ac montano hirtio atque soloce ».

Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius lib. I (22) :

constitit inde loci propter sos dea (dia) diarum (dea-),

et lib. III (151) :

circum sos quæ sunt magnæ gentes opulentæ,

lib. VII (256) :

dum censent terrere minis, hortantur <i>be sos,

lib. XI (356) :

contendunt Graecos, Graios memorare solent sos.

Interdum pro suos ponebant, ut cum per

dativum casum idem Ennius effert (Ann. 149) :

postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquid.

(Paul.) *Sos* pro eos antiqui dicebant, ut Ennius « constitit inde loci propter sos dea diarum ». *Sos* interdum pro suos ponebant ; per dativum casum idem Ennius effert « postquam lumina sis oculis », pro suis.

Sultis si vultis Plautus in *Frivolaria* (80) : sequimini me hac sultis, legiones omnes Lavernæ,

et in *Rudente* (820) :

curate hæc sultis magna diligentia,

Cato pro L. Caesetio (1) : Audite sultis, milites, si quis vestrum in bello super fuerit, si quis non invenerit pecuniam, egebit.

(Paul.) *Sultis* si vultis Plautus « sequimini me hac sultis », et Cato « audite sultis, milites ».

Solari sine praepositione dixisse antiquos testis est Pacuvius cum ait (365) :

solatur auxiliatur hortaturque me.

Solatum genus morbi maxime a rusticantibus dicitur, cuius meminit etiam Afranius (425) :

** arquato me dem.. (13 litt.).. <ver>-tigne.

(Paul.) *Solatum* morbi genus.

Solipu<*ga* (?) genus bestiolæ> maleficæ quo<d acrius concitatiusque> fit fervore so<lis ; unde etiam nomen> traxit.

(Paul.) *Solipugna* genus bestiolæ maleficæ quod acrius concitatiusque

SOLOX. Hinc Gloss. Philox. SO 43 *Solox* : ἐριον παχύ. Si gl. Abol. SA 17 (*Solocioribus* velleribus : crassis et asperis) revera glossarii Abol. est (nam testimonium idoneum deest), vel Apuleiana potest esse (non Festina) vel ex alio Festi capitulo provenire. pastali] Cf. supra, s. v. Pastales (280, 13).

SOS. Cf. supra, s. v. Sum (384,25 pro eum usus est Ennius). Enn. Ann. 356] Cf. supra, s. v. Romanos (362,10). pro suos] Cf. supra, s. v. Callim (41,6 antiqui dicebant pro clam, ut nis pro nobis, sam pro suam, im pro eum).

SULTIS. Cf. infra, s. v. (462,5 si vultis significat).

SOLIPUGA. i. q. salpuga Cf. Holder (Altcelt. Sprachsch. 2, 1330), s. v. Salpuga. Hinc Gloss. Philox. SO 37 *Solipuga* : ἡλιοκεντρικὴ μύιας εἶδος.

fit fervore solis ; unde etiam nomen traxit.

Sosp<es>.. (14 litt.).. omnes fe[r]re auc<tores> ..(10 litt.).. Afranius in Ep<istola> (192) :

<te sospitem> servant tuis,

<Vergilius lib. VIII Aeneid.> (470) :

maxime Teu<crorum> ductor, quo sospite> numquam,

Enn<ius> ..(15 litt.).. (trag. 386) :

parentem et pa<triam, di, servate> sospitem,

Acc<ius> .. (14 litt.).. (695) :

rite ad patri ..(17 litt.).. set.

Ennius vid<etur> servatorem signi>ficare cum dix<it> (Ann. 590) :

..(14 litt.).. liber.

Ceterum s<ospitare> ..(7 litt.).. ait esse bona spe <adficere aut bonam> spem non falle<re>.

(Paul.) Sospes salvus Ennius tamen sospitem pro servatore posuit. Sospitare est bona spe adficere aut bonam spem non fallere.

<Succrotilla> tenuis diceba<tur> et alta vox>. Titinnius in ..(9 litt.).. (171) :

<feminina> fabulare succro<tilla vocula>.

<Afra>nus in Epistol<a> (126) :

..(8 litt.).. <succro>tilla voce serio.

<Plautus in de>scribendis mulie<rum> cruribus> gracilibus in Sym.. (Cist. 408) :

<cum extertis> talis, cum todellis or<usculis>.

<bel>le, quae non pedibus <valerent>.

(Paul.) Succrotilla vox tenuis et alta.

Titinnius « feminina fabula succrotilla vocula ».

<Su><cula> est machinae <genus> .. (8 litt.)..

materiae et foratae ..(8 litt.).. quam ut uber scrofae <porculi circum>stant sic versant.. (11 litt.).. fune vol<v>unt.

Eodem nom<ine> etiam> stellas quinque d<icunt>, proprie Vergilias, quas a plu>

via Hyadas Grae<ci>. Forsitan exi>stimantes a subus <dioi> saeculo parum

el>oquenti dixerint <eas> Suculas>.

<Su><cingulum> ap<pellabant> antiqui b>altaum. Plautus (Men. 200) :

<ab Hippolyta succingu>lum

Herculis (-les) <aeque magno ne> utiquam abstu<lit> periculo>.

(Paul.) Succingulum balteum.

<Sucerd>a> stercois su<illum>.. (14 litt.)..

us « simus (fi- ?) <sucerd> ». Titinnius (178) :

<q>uid habes nisi <unam> arcam sine cla>vi ? eo condis <sucerdas>.

<Sicut a su>e suc[c]erda <ita ab ove> ovicerda> « homo opicer<da> (ovi-)..

(17 litt.).. inem, quem sol.. (17 litt.).. it.

(Paul.) Sucerda stercois suillum. Titinnius « quid habes nisi unam arcam

sine clavi ? eo condis sucerdas ».

SOSPES. liber] An <erit te sospite> li. ? Cf. infra, s. v. Sispitem Iunonem (462, 3). Hinc Gloss. Abol. SO3 Sospes : salvus ? Haec supplect docti : Sos<pes> significat apud om. fere auc. <salvum>. Sic> Afr., etc.

SUCROTILLA. Plaut.] Cf. infra, s. v. Todi (480, 22) sunt aviculae crure gracili, quarum meminit Plautus in Sy<ra> « cum extortis talis, cum todillis crusculis »; supra, s. v. Crocotillum (46, 6) valde exile Plautus « extortis talis cum crocotillis crusculis ». Fort. <erotillis crusculis », quamquam alii dicunt « cum> todellis cr. ».

SUCULA. Hinc Gloss. Abol. SU 73 Sucula : Hyadas Graece, Virgilias ? Haec fere supplect docti : Suc. est ma. <genus teretis> mat. et for. <ac> crassae>.. versant<esque> ductario> fu. Cf. infra, s. v. Ὑάδες (516, 13).

SUCERDA. Hinc Gloss. SU 109, SO 10 Sucerda : χοιρία κόπρος, ἀφόδευμα ὄως, Gloss. AA (= Abol.) Sucerdae : stercois suillum. Etiam gl. corrupta Abba (= Abol.) Sucerda : stercois <suillum, ut ovicerda stercois> ovile. Cf. supra, s. v. Muscerdas (132, 7) stercois murum). Apud Nonium est (175, 15) : Lucilius.. « tabulisque fimo atque sucerdis ».

(Paul.) [*Sciscito* sententiam dico.]

Suburanam .. (16 litt.).. am *Succisanam* (-cus- ?) ..(16 litt.).. unt ex nomine ..(16 litt.).. mimam illam quoque ..(13 litt.).. <SUC>usanam dictam.. (18 litt.).. uratum esse ..(18 litt.).. pagi *Succusa*<ni>.. (14 litt.).. exercerentur.

<*Succidanea hostia* a>ppellatur quae <secundo loco caedit>ur quod quasi <sub priore caedatur>; quidam a suo<cedendo, non a succi>dendo dictam <putant>.

(Paul.) *Succidanea hostia* dicebatur quae secundo loco caedebatur, scilicet sic appellata a succedendo.

<*Suggillatum*> dici existimant <ex Graeco> ..(7 litt.).. quod ea pars quae <est sub oculo κ>ύλον ab iis dicitur.

(Paul.) *Suggillatum* dicitur ex Graeco quod ea pars quae est sub collo (!) κύλον ab eis dicitur.

<*Sycophantas* q>uidam ex hac causa <appellatos dicunt>. Atticos quondam <iuvenes solito>s aiunt in hortos..(11 litt.).. inrumpere ficosque <deligere. Quam o>b causam lege factum, qui id fecisset, capite (-tal ?) esset ei. Quam poenam qui persequerentur ob parvula detrimenta *sycophantas* appellatos.

(Paul.) *Sycophantas* appellatos hac de causa dicunt. Atticos quondam iuvenes solitos aiunt in hortos inrumpere ficosque deligere. Quam ob causam lege est constitutum ut, qui id fecisset, capite truncaretur, Quam poenam qui persequerentur ob parvula detrimenta *sycophantas* appellatos.

Sulci appellantur qua aratrum ducitur vel sationis faciendae causa vel urbis condendae, vel fossura rectis lateribus ubi arbores serantur. Fulmen quoque, quae eius vestigium, similiter appellatur. Quod vocabulum quidam ex Graeco fictum, quia illi dicant δλκόν.

(Paul.) *Soleus* dictus a Graeco, qui ab illis δλκός appellatur.

Suasum colos appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus (Truc. 271) :

quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam.

Quidam autem legunt *insuasum* ; nec desunt qui dicant omnem colorem qui fiat inficiendo suasum vocari, quod quasi persuaderetur in alium ex albo transire.

(Paul.) *Suasum* color appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus « suaso infe-

SCISCITO. vix huc pertinet. Cf. supra, s. v. *Niquis Scivit* (184,12 *sciscito* significat sententiam dicito).

SUBURANAM. Cf. infra, s. v. *Suburam* (402,5 *Verrius* alio libro a pago *Succusano* dictam ait). Cf. *Varro L. L. 5, 48* : *Subura* Iunius scribit ab eo quod fuerit sub antiqua urbe ; cui testimonium potest esse quod subest ei loco qui terreus murus vocatur ; sed ego a pago potius *Succusano* dictam puto *Succusam*, <nam etiam> nunc scribitur <SUC> tertia littera C, non B ; pagus *Succusanus* quod succurrit *Carinis*. Haec supplent docti in fine : *Succusa*<ni in quo milites> exere.

SUCCIDANEA. Hincine Gloss. Abol. SU 62 *Succedaneum* : successorem ? Cf. supra, s. v. *Praecidanea Agna* (250,11 vocabatur quae ante alias caedebatur). Cf. *Gell. 4, 6 5-7* : *Succidaneae* autem hostiae dicuntur.. quia prioribus iam caesis luendi piaculi gratia subdebantur et succidebantur.. eadem autem ratione verbi *praecidaneae* quoque hostiae dicuntur quae ante sacrificia sollemnia pridie caedebantur.

SULCI. fulm.] Cf. infra, s. v. *Trisuleum Fulgur* (480, 10). Cf. *Thulin* (*Arch. lat. Lex.* 14, 386).

SUASUM. *insuasum*] Vera lectio ; nam allitteratio placet, prosodia ' tibi ' displicet. Cf. supra, s. v. (99,6 appellabant colorem similem luteo qui fiebat ex fumoso stillicidio).

cisti propudiosa pallulam ». Sunt qui omnem colorem suum velint appellare quod quasi persuadetur in alium ex albo transire.

Saltum Gallus Aelius lib. II Significationum quae ad Ius Pertinent ita definit (3) : Saltus est ubi silvae et pastiones sunt, quarum causa casae quoque ; si qua particula in eo saltu pastorum aut custodum causa aratur, ea res non peremit nomen saltui<s> ; non magis quam fundi qui est in agro culto et eius causa habet aedificium, si qua particula in eo habet silvam.

Superescit significat supererit. Ennius (Ann. 494) :

dum quidem unus homo Romanus toga superescit,

et Accius in Chrysippo (266) :

quin hinc superescit Spartam atque Amyclas trado ?

Sed per se *super* significat quidem supra, ut cum dicimus : Super illum cedit. Verum ponitur etiam pro de Graeca consuetudine, ut illi dicunt ὑπέρ. Plautus in Milite Glorioso (1212):

mea opera super hac vicina qua<m> ego nunc concilio tibi,

in Phasmate (Most. 727) :

ehe<m vix> tandem percipio super rebus nostris loqui te,

Pacuius in Medo (237) :

qua super re interfectum esse Hippotem dixisti ?

Cato contra Annium (1) « nemo antea fecit super tali re cum hoc magistratu utique rem ».

Afranius in Virgine (349) :

alis de rebus in qua coepisti super.

(Paul.) Superescit supererit. Ennius « dum quidem unus homo Romae superescit ».

Supercilium dicitur quod supra *cilium* sit, id est integumentum oculi superius.

Sub iugum mitti dicunt<ur> hostes victi ereptis omnibus armis telisque, cum hastis defixis duabus in terra tertiaque ad summum earum deligata specie Iani iubentur subeuntes transire.

(Paul.) Sub iugum mitti dicuntur hostes cum duabus hastis in terra defixis tertiaque super ligata inermes sub eas coguntur transire.

Subices Ennius in Achille pro subiectis posuit cum dixit nubes (2) :

per ego deum <sublimas> subices umidas ; inde (un- ?) oritur imber sonitu saevo, spiritu.

(Paul.) Subices Ennius pro subiectis posuit.

Superstites testes praesentes significat ; cuius rei testimonium est quod « superstibus praesentibus » i inter quos controversia est vindicias sumere iubentur. Plautus in Artemone (6) :

nunc mihi licet quidvis loqui : nemo hic adest superstes.

Volgari quidem consuetudine ([m] ponit<ur pro is qui restent> superque sint e<um dicuntur superstitibus> liberi parentibus<s> ..(11 litt.).. « quamobrem p.. (16 litt.).. do, quamquam od ..(15 litt.).. velim ».

(Paul.) Superstitibus antiquitus appellati sunt testes.

SUPERESCIT. Hincine gl. corrupta Philox. SU 24 Superstit (-rescit) : περίεσται ? Cf. supra, s. v. Escit (68,1 erit).

SUPERCILIUM. Cf. supra, s. v. Cilium (37,24 est folliculum quo oculus tegitur ; unde fit supercilium).

SUB IUGUM MITTI. Cf. supra, s. v. Iugum (92,18).

SUPERSTITES. Cf. Isid. Etym. 18,15,8 : Testes antiquitus superstites dicebantur eo quod super statum causae proferebantur ; nunc parte ablata nominis testes vocari ; Serv. Aen. 3, 339 : Superstes praesentem significat, ut Cicero in Mureniana (26) « suis utrisque superstibus », id est praesentibus.

Su<*pervaganea avis* vo>catur ab au<gu-
ribus quae ex sum>mo cacumin<e
vocem emisit, quia> quasi in altiss<imis
superque omnia> vagatur ap<pellata>.
(Paul.) *Supervaganea* dicebatur ab
auguribus avis quae ex summo ca-
cumine vocem emisisset, dicta ita
quia supra omnia vagatur aut canit.

<*Supercilia*> *Iunonis tut*<*elae attribuisse*
putan>tur muliere<s quod his prote-
gan>tur oculi, per q<uos luce fruimur>
quam tribuat I<uno>; unde>.. (10 litt.)..
Lucina quoque <*appellata est*>.

(Paul.) *Supercilia* in *Iunonis tutela*
esse putabant quod his protegan-
tur oculi, per quos luce fruimur
quam tribuere putabant *Iunonem* ;
unde et *Lucina* dicta est.

<*Sup*>*pernati* dicu<ntur quibus femi>na
sunt succisa <in modum suilla>rum per-
narum. <Ennius> ..(10 litt.).. (Ann. 286):
is pernas succidit iniqua superbia>
Poeni,

et Catu<llus> ..(10 litt.).. (17, 19) :

<in> fossa Liguri ia<cet suppernata
se>curi.

(Paul.) *Suppernati* dicuntur quibus
femina sunt succisa in modum suil-
larum, pernarum. Ennius « his
pernas succidit iniqua superbia
Poeni ».

Sup[p]<*remum* modo significat> summum,
ut.. (20 litt.).. (trag. inc. 39) :

sup[p]reme bel ..(16 litt.).. potens,

Plautus (Pseud. 16) :

<me antidhac supre>mum habuisti
sem<per> (comitem ?) <consiliis>
tuis.

Alias extrem<um significat, ut> in legi-
bus XII (1,9) « solis <occasus diei supre>-
ma tempestas esto ».. (12 litt.).. « crimine
necte tuo ».. (14 litt.).. « ab illo sepeliri
die 1.. (10 litt.).. « et quasi supremo lo
..(13 litt.).. tempora voltu ». Cato (inc.
36) d.. (11 litt.).. « lentis numquam cui-
q<uam> ..(15 litt.).. <sup>remam ad-
voca<tionem> ». Alias pr>o maximo cum
duas <oves et triginta bo>ves sup[p]re-
mam mul<tam> ..(12 litt.)..

Subsidium dice<batur cum post proeli>en-
tes (<ant>) subside<bant ut cedenti la-
b>entique aciei <auxilio essent, quod>
gens militum <erat triariorum> qui
emeruerant <iusta stipendia et> tamen
retine<bantur in castris>. Quae erat
ter<tia acies militantium>m, ut Plautus
<in Frivolaria> (82) :

agite nunc, sub<s>i<dite omnes, quasi
sol>et triarius.

Si<mili modo dicti prae>sidiari ante eos
<qui in secundo loco e>rant aut in ali<o
loco praesidio stat>uti.

SUPERVAGANEA AVIS. Cf. supra, s. v. *Circanea Avis* (37,22 dicitur quae volans cir-
cumitum facit).

SUPERCILIA. Cf. supra, s. v. *Supercilium* (394,25). Cf. Varr. L. L. 5, 69 : Mulieres pos-
tissimum supercilia attribuerunt ei deae ; hic enim debuit maxime collocari Iuno *Lucina*
ubi ab diis lux datur oculis.

SUPREMUM. necte] vel nec te. Cf. Varr. L. L. 6,5 : Suprema summum diei, id ab su-
perrimo ; hoc tempus XII tabulae dicunt occasum esse solis ; sed postea lege Plaetoria id
quoque tempus esse iubet supremum quo praetor in comitio supremam pronuntiavit po-
pulo ; 7,51 : Naevius « patrem suum supremum optimum appellat », supremum ab superrimo
dictum ; itaque duodecim tabulis dicunt « solis occasu diei suprema tempestas esto » ; ap.
Censorin. D. N. 24,8.

supr. multam] Cf. supra, s. v. *Peculatus* (232,32).

SUBSIDIUM. Hincine Gloss. AA (=Abol.) Triarii : qui tertio loco constituuntur in exer-
citu ? Cf. Varr. L. L. 5, 89 : Pilani triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine extremi
subsidio deponebantur, quod hi subsidebant ab eo subsidium dictum ; a quo Plautus « agite
nunc, subsidite omnes, quasi solent triarii ».

(Schol. Isid.). *Subsidium* dicebatur cum post proeliantes subsidebant ut cedenti acie ei auxilio essent ; quod genus militum erat triariorum, qui iam emeruerant iusta stipendia et tamen retinebantur in castris. Et dicti triarii quod in tertio ordine militarent ; ante hos qui in secundo loco erant praesidiarii vocabantur

Subsolaneae ..(15 litt.).. sas appellantur ..(12 litt.)..rei solum conferunt ..(20 litt.).. ui infimum ..(15 litt.).. i in terram super.. (21 litt.).. e dum imum ..(18 litt.).. is innititur.

<*Subsilles* sunt quas> ali *ipsilles* vo<cant, lamellae in sacri>s quae ad rem <divinam omnium quae adhibent>ur maxime <creduntur necessaria>rium.

(Paul.) *Subsilles* dicebantur quaedam lamellae sacrificiis necessariae.

Substillum <antiqui appellaba>nt tempus ante <pluviam iam> paene uvidum[dum] <et post pluvia>m non persiccum, quod <iam stillaret> aut nondum desisset.

(Paul.) *Substillum* tempus ante pluviam iam paene uvidum et post pluviam non persiccum, quod iam stillaret aut nondum desisset.

<*Subscudes* ap>pellantur cune<a>tae tabellae quibus> tabulae inter se con<figuntur qui>a, quo eae immittantur, <succeditur. Pa>cuius in Niptris (250) : nec ulla subscus cohibet compagem alvei,

Plautus in Astraba (13) :

terebratus multum sit et (siet ?) subscudes addite.

(Paul.) *Subscudes* appellantur tabellae quibus tabulae inter se configuntur quia, quo immittuntur, succeditur. Pacuvius « nec ulla subscus cohibet compagem ».

Sub corona venire dicuntur quia captivi coronati solent venire, ut ait Cato in eo qui est de Re Militari (2) « ut populus[suus] sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat quam re male gesta coronatus veneat ». Id autem signum est nihil praestari a populo ; quod etiam Plautus significat in Hortulo (91) : praeco ibi adsit, cum corona cuique (qui-) liceat veneat.

(Paul.) *Sub corona* venundari dicuntur captivi quia venundabantur coronati. Cato « ut populus potius ob rem bene gestam supplicatum eat quam re male gesta coronatus veneat ».

Sublime[m] est in altitudinem elatum, ut Ennius in Thyeste (302) :

aspice hoc sublime candens quem vocant omnes Iovem,

Vergilius in Georgicis lib. I (242) :

hic vertex nobis semper sublimis.

Sublimavit dixit <Cato>, id est in altum extulit, Originum lib. II (33) « in maximum decus atque in excelsissimam claritudinem sublimavit ». Id autem dicitur a limine superiore, quia supra nos est.

(Paul.) *Sublimem* est in altitudinem elatum. Id autem dicitur a limine superiore, quia supra nos est.

Succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere. Plautus in Saturione (114) :

IPSILLES. Cf. supra, s. v. Ipsullices (93,21).

SUBSCUDES. Pac. Nipt.] Cf. infra, s. v. Serilia (460,28).

SUB CORONA. Cf. Gell. 6,4. veneat] Melius ad illud 'supplicatum eat' quadret plena forma 'venum eat'.

SUBLIMAVIT. claritud.] Cf. supra, s. v. (51,4).

SUCCENTURIARE. Hincine Don. Phorm. 230 : Succenturiari dicitur qui explendae centuriae gratia subicit se ad supplementum ordinum ? Etiam gl. (incertae formae) Abol. SU 58 Subcenturiatus dicitur qui numero priori suppletur ; et succenturia est quasi per centuriae vicem succedas ad munus.

subcenturia[cen]tum require qui te delectet domi,

et Caecilius in Triumpho (229) :

nunc meae militiae astutia opus est ; subcenturia.

(Paul.) Succenturiare est explendae centuriae gratia supplere. Caecilius « nunc meae militiae astutia opus est ; succenturia ».

Subrumari dicuntur haedi cum ad mammam admoventur quia ea <rum>is vocabantur vel quia rumine trahunt lacte sugentes.

(Paul.) Subrumari dicuntur haedi cum ad mammam admoventur quia ea rumis vocatur vel quia rumine trahunt lacte sugentes.

Subulo Tusce tibicen dicitur ; itaque Ennius (Sat. 65) :

subulo quondam marinas propter adst[r]abat plagas.

(Paul.) Subulo Tusce tibicen dicitur.

Suburam Verrius alio libro (p. 390) a pago Succusano diotam ait ; hoc vero maxime probat eorum auctoritatem qui[a] aiunt ita appellatam et regionem Urbis et tribum a stativo praesidio quod solitum sit succurrere Esquilis, infestantibus eam partem Urbis Gabinis ; indicioque esse quod adhuc ea tribus per C litteram, non B scribatur.

(Paul.) Subura regio Romae a pago

Succusano vocabulum traxit, quod ei vicinum fuit.

Subverbustam ver<ber>ibus ustam significat Plautus cum ait (inc. frg. 42) :

ulcerosam conpe[n]ditam subverbustam sordidam.

(Paul.) Subverbustam veribus ustam significat.

Suboles ab *olescendo*, id est crescendo, ut *adolescentes* quoque et *adultae* et *indoles* dicitur. Lucretius lib. V (4, 1232) :

sive virum soboles sive est muliebris origo,

Vergilius (Ecl. 4, 49) :

cara deum suboles, magnum Iovis incrementum.

(Paul.) Suboles ab *olescendo*, id est crescendo, dictae, ut *adolescentes* et *adultae* et *indoles*. Lucretius « sive virum soboles sive est muliebris origo. »

Subuculam Aelius Stilo et Cloatius isdem fere verbis demonstrant vocari quod distetur ex alica et oleo et melle ; nam de tunicae genere notum est omnibus.

(Paul.) Subucula et genus libi dicitur ex alica et oleo et melle et genus vestimenti.

« *Sub vos placo* » in precibus fere cum dicitur significat id quod supplico, ut in legibus (XII, inc. 3) « *transque dato* » et (XII 8, 12) « *endoque plorato* ».

SUBRUMARI. Potius inf. pass. quam nom. plur. Hincine Gloss. Cyrill. (=Philox.) Subrumo : τρῶζω ? [rumis] cf. supra, s. v. Ruminalem Ficum (332, 11 mamma... autem rumis dicitur, unde et rustici haedos subrimios vocant quasi adhuc sub *mamma*). [rumine] Cf. supra, s. v. Rumen (332, 15 est pars colli qua esca devoratur ; unde rumare dicebatur quod nunc ruminare).

SUBULO. Hinc Gloss. Philox. SU 92 Subulo ; ἀδλητής. Cf. Varr. L. L. 7, 35 : Apud Ennium « subulo quondam marinas propter astabat plagas » ; subulo dictus quod ita dicunt tibicines Tusci ; quocirca radices eius in Etruria, non Latio quaerundae.

SUBOLES. Vide supra ad Adolescit (5, 10 a Graeco ἀδῆσκω, id est adresco, etc.).

SUBUCULAM. Inter res secundae mensae exhibent Hermeneumata ps. -Dositheana Ἐντροπτης : simitillus (vel sibt-),

qua de glossa cf. Heraeus (Sprache d. Petron., p. 29). Quod idcirco commemorare nequis eam credat Philoxeni esse et ex Festo haustam. || tun. gen.] Cf. infra, s. v. Supparus (406, 9).

SUB VOS PLACO. Cf. supra, s. v. « Ob Vos Sacro » (206, 17 in quibusdam precationibus est pro vos obsecro, ut « sub vos placo » pro supplico).

(Paul.) Sub vos placo supplico.

Suffiscus dicebatur folliculus testium arietinorum, qui celebris us<us erat pro mar-sup>pio, forsitan d<ictus suffiscus a> fisci similitud<ine>.

(Paul.) Suffiscus folliculus testium arietinorum quo utebantur pro mar-suppio, a fisci similitudine dictus. <Subacti> mollii; alias <victi> alias compulsi>, ut cum dicim<us pecus sub arborem> subactum; <alias coacti>.

(Paul.) Subactus modo significat mollius; modo victus; modo compulsus. ut cum dicimus pecus sub arborem subactum; modo coactus.

<Suppli>cium a supp<licando>.. (10 litt.).. <ar>guit quod ..(19 litt.).. haec deorum ..(15 litt.).. <su>matur supp<licium>.. (13 litt.).. id est de p<o>e<na agatur eius, ut iubeatur> caedi. Supplicia autem sunt quae caduceato>res portent; <ea sumebantur ex> verbena falic<is (fel-) arboris; rursus> alia supplicia ..(12 litt.).. <ver>bonis (-ben-) sumi. Sin<nius Capito ait cum civ>is necaretur i<nstitutum fuisse ut> Semoniae res s<acra fieret verve>ce bidente, <ut eo sacrificio poe>na Salutis ci<vibus>.. (10 litt.).. <dam>nati patrimo<ni> ..(15 litt.).. id fieret sacru<m>.. (14 litt.).. solitum, ut a ..(12 litt.).. <suppli>candi causa iu .. (16 litt.).. rum, ut id voc<aretur supplicium; id ve>ro semper elat<um (saep̄ relatum?)> a multis. Quo exem<plo> docet suppli ..(14 litt.).. nunc fere suppl<icia> propeis dicun<ur>.

(Paul.) Supplicia veteres quaedam

sacrificia a supplicando vocabant.

Sufes dict<us Poenorum ma>gistratus, ut Oscan<um meddix tuticus>. Calidius in oration<e in Q. Gal>lium « Nonne vobis i..(13 litt.).. et fumus (-nus?) prosequ<i>.. (13 litt.).. videtur? Senatus cens<uit referentibus> sufetis ».

(Paul.) Sufes consul lingua Poenorum. Calidius « senatus » inquit « censuit referentibus sufetis ».

Sub vitem ha<stas iacere> dicitur veles cum eas sub vine>a manu ..(7 litt.).. <sursum mitti>t. Lucilius (1949):

ut <veles bonus sub vite>m qui subicit has<tas>;

<nam sub vite proelia>ri dicuntur <militibus cum sub vinea> militari pug<nant. Lucilius> (960):

<ne>que prodire <in altum, proeliari pro>cul sub vite;

<et sub vineam iacere> dicun<ur> milites <cum astantibus centur>ionibus ia<cere> coguntur sudes>

(Paul.) Sub vitem hastas iacere dicitur veles cum eas sub manu sursum mittit. Lucilius « ut veles bonus sub vitem qui submisit hastas ». Veles autem velitis facit. Sub vitem proeliari dicuntur milites cum sub vinea militari pugnant. Lucilius « neque prodire in altum, proeliari procul sub vite ».

Sub vineam iacere dicuntur milites cum astantibus centurionibus iacere coguntur sudes.

Supparus <puellare dicebatu>r vestimentum lineum, quod et s>ubucula appellari solet. Titinius i>n Fullonia (95):

SUPPLICIUM. vervece] improbat Krause, de Romanorum Hostiis, p. 15. Salutis] solutis docti. Sed cf. Heinze (Arch. lat. Lexikogr. 15, 89).

SCORTA. Cf. Varr. L. L. 7, 84 : Scortari est saepius meretriculam ducere, quae dicta a pelle ; id enim non solum antiqui dicebant scortum sed etiam nunc dicimus scortea ea quae e corio ac pellibus sunt facta ... in Atellanis licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto, ' pelliculam '. Cf. infra, s. v. Scrautum (448, 28). Haec supplent docti : rust. <qui, ut est in Atellanis apud anti>quos.

SCORTEA. Hincine Gloss. Philox. SC 57 Scorteum : σκαυτών, δερματινόν ?

SCAPTENSULA. Hincine Gloss. Abol. SC 17 Scaptensulas : argentifodinas ?

SPARA. Cf. Serv. auct. Aen. 11, 682 : Varro ait sparum telum missile a piscium ductum similitudine qui spari vocantur ; alii sparos a spargendo dici putant. Vide supra, ad Rumex (332,3 genus teli simile spari Gallici].

<Lucilius> (1815) : tum spara, tum ru-
<mices portantur, tragula> porro.

(Paul.) Spara parvissimi generis ia-
cula, a spargendo dicta. Lucilius
« tum spara, tum murices portan-
tur, tragula porro ».

Scitum populi <est quod cum magistr>atus
patricius <rogavit populusque suis su>f-
fragis iussit ..(22 litt.).. us ex patribus
et ..(22 litt.).. iam leges scrib<tae>..
(17 litt.).. <*Plebisci*>tum est quod tri-
bunus <aedillsve plebis eam ro>gavit,
id est consu<luit, plebesque scivit>.
Plebes autem est <populus Romanus
universus> praeter patricios.

<*Scitae* alias quae sunt> bona facie, aas
bonis <artibus mulieres a> poetis
usurpantur. Te<rentius in Phormion>e
(110 :

satis, inquit, scita,

et <in Heautontimoro>umeno (764) :

at si scias quam scite <in mentem ve-
ne>rit,

Ennius in lib. <X>VI (438) :

lumen ..(16 litt.).. scitus agaso.

Scenam genus ..(16 litt.).. manifestum est ;
sed utrum securis an dolabra sit ambigitur.
Quam Cincius in libro qui est ei (II ?)
de Verbis Priscis (16) dolabram ait esse
pontificiam. Livius in Lydio (com. 2) :
corrui quasi ictus scena, haut multo
seous.

SEX POMPEI FESTI DE VERBORUM
SIGNIFICAT. LIB. XVIII. INCIPIT
LIB. XVIII.

Scirpus est id quod in palustribus locis
nascitur leve et procerum, unde tegetes

fiunt. Inde proverbium est in eas natum
res quae nullius impedimenti sunt « *in
scirpo nodum quaerere* ». Ennius (Sat. 70) :
quaerunt in scirpo, soliti quod dicere,
nodum,

et Plautus in Aulularia (595) :

quasi pueri qui nare discunt scirpo
(-pea ?) induetur (-uitur) ratis,

Novius in Phoenissis 79) :

sume arma ; iam te occidam clava
scirpla.

Spira dicitur et basis columnae unius
tori aut duorum, et genus operis pistori,
et funis nauticus in orbem convolutus,
ab eadem omnes similitudine. Pacuvius
(385) :

quid cessatis, socii, eloere spiras spar-
teas ?

Ennius quidem hominum multitudinem
ita appellat cum ait (Ann. 510) :

spiras legionibus nexit.

(Paul.) Spira dicitur et basis columnae
unius tori aut duorum, et genus
operis pistori, et funis nauticus
in orbem convolutus, ab eadem
omnes similitudine. Ennius vero
hominum multitudinem spiram
vocabit.

Spectu sine praepositione Pacuvius in
Duloreste usus est cum ait (147) :

amplius rubicundo colore et spectu
protervo ferox.

(Paul.) Specto sine praepositione Pa-
cuvius posuit.

Spe<o>tile vocatur infra umbilicum suis
quod est carnis proprii cuiusdam habitus,
exos, qua etiam antiqui per se utebantur.

PLEBI SCITUM. Cf. supra, s. v. Populi Commune Suffragium (264,17.. at cum plebes
sine patribus Tributis Comitibus convenit, quod plebes scivit plebiscitum, non populi suffra-
gium appellatur) ; s. v. Scita Plebei (372,20 appellantur ea quae plebs suo suffragio sine
patribus iussit, plebeo magistratu rogante).

SCENAM. Cf. supra, s. v. (422, 33 ab alis, a quibusdam sacena appellatur dolabra ponti-
ficalis).

SCIRPUS. Plaut. iterum citatus s. v. Nare (168,1), ubi ' scirpea induitur '.

SPIRA. Ex scholio Vergiliano Donati (?) ad Aen. 2, 217 vel 12, 848 (cf. Gloss. Ansil.
SP 185) Isidorus (Etym. 19. 4, 2) hausit.

SPECTU, SPICIT. Cf. infra, s. v. Spiciunt (466, 14).

Plautus enumerandis suillis obsonis in Carbonaria sic meminit (49) :

ego pernam, sumen aueres (-ris ?), spectile, galium (callum ?), glandia.

(Paul.) Spetile [caro quaedam] proprii cuiusdam habitus infra umbilicum suis.

Spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui. Plautus (Mil. 694) :

flagitium est si nihil mittetur quae superoilio spicit,

Et spexit, Ennius lib. XVI (Ann. 421) :

quos ubi rex <E>pulo spexit de co[n]-tibus celsis.

(Paul.) Spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui.

Spirillum vocari ait Opill[i]us Aurelius caprae barbam.

(Paul.) Spirillum barba caprae appellatur.

Spintyrnix (-urn-) est avis genus turpis figurae (carm. inc. p. 52)

occursatrix artificum perdita spinturnix.

Ea Graece dicitur, ut ait Santra, στυνθάρξ.

(Paul.) Spintyrnix genus avis turpis figurae. Ea Graece dicitur στυνθάρξ.

Spicum masculinae antiqui dicebant, ut hunc stirpem et hanc amnem. Versus est antiquus (com. inc. 68) :

quasi messor per messim unumquemque spicum collegit.

Speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius lib. II (128) :

et simul effugit speres ita funditus nostras,

et lib. XVI (429) :

spero, si speres quicquam prodesse potis sunt.

Spectio in auguralibus ponitur pro aspectione et nuntiato, quia omne ius sacrorum habent auguribus. Spectio dumtaxat quorum consilio rem gerent magistratus, non ut possent impedire nuntiando quae, cum (quaecumque ?) vidissent ; at is spectio sine nuntiatione data est ut ipsi auspicio rem gerent, non ut alios impedirent nuntiando.

Scripturarius ager publicus appellatur in quo ut pecora pascantur certum aes est, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore.

Scribas proprio nomine antiqui et librarios et poetas vocabant ; at nunc dicuntur scribae equidem librari qui rationes publicas scribunt in tabulis. Itaque cum Livius Andronicus bello Punico secundo scribisset carmen quod a virginibus est cantatum, quia prosperius res publica populi Romani geri coepta est, publice adtributa est et (ei ?) in Aventino aedis Minervae in qua liceret scribis histrionibusque consistere ac dona ponere ; in honorem Livi quia is et scribebat fabulas et agebat.

Scrattae dicebantur nugatoriae ac despicendae mulieres, ut ait unus (Verrius ?), ab is quae *screa* idem appellabant, id est quae quis excreare solet quatenus id faciendo se purgaret. Titinius in Prilia (74) :

rectius mecastor Piculetæ (?) Postumae lectum hodie stratum vidi scratt[i]ae muli<eris>.

SPIRILLUM. Aliam formam ' stirillum ' (cf. stiria) testari videtur gl. Abstr. (ex schol. Vergiliano, fortasse ad Geo. 3. 366, hausta) (ST 12) Sterillum : barba de capra † iocai †. Cf. Mountford (Quotations in Latin Glossaries, p. 127).

SPINTURNIX. Cf. Weihrich (Wien. Stud. 31, 144).

SPICUM. Cf. supra, s. v. Restibilis Ager (352.22).

STIRPEM. Cf. supra, s. v. (412,13).

AMNEM. Cf. supra, s. v. Corius (53,4) ; s. v. Petronia Amnis (296,26).

SCRATTAE. Scriptae cod., Nonius 169,9. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) SC 303 Scrattae : despectae, nugatoriae. Cf. Varro L. L. 7,65 ; Ab excreando scrattae siccas significat. Vide supra ad Diobolares Meretrices (65,8).

(Paul.) Sartae nugatoriae ac despicendae mulieres.

<Scrutillus (-um ?) appel>labatur venter suillus eo<ndita farte expletus>. Plautus (inc. frag. 43) :

venter suillus. Di b<oni> ..(14 litt.).. in illum ;

ego me hodie e ..(15 litt.).. <com>esa farte

biberem ir<neam>.. (20 litt.)..

(Paul.) Scrutillus venter suillus condita farte expletus.

Spinther vocabatur <armillae genus quod mulie>res antiquae gere<re solebant brachio summo> sinistro.

Plautus (Men. 527) :

iu<beasque spinther novum> reconcinnarier.

(Paul.) Spinter armillae genus quo mulieres utebantur brachio summo sinistro.

<Scrupi ** aspera> saxa et diffiili<a attractu> ..(10 litt.).. ri insuetae aut.. (23 litt.).. lere. Ennius in An<dromeda> (100) :

<scrupeo inves>tita saxo atque ost<reis squamae scabrent>.

Unde *scrupulosam* <rem dicimus quae aliquid habet> in se asperi. Cornel<ius

Sisenna Histor. lib.> IIII (124) : Histum iniectus <est levis scrupulus> et quaedam dubitatio **.

(Paul) Scrupi dicuntur aspera saxa et difficilia attractu ; unde scrupulosam rem dicimus quae aliquid in se habet asperi.

<Scrau>tum vocabatur p<elliceum in quo sagittae> reconduntur ab ead<em causa qua scortum>, quia pellibus nomen a σκ<υρος>. (14 litt.).. <unde> scuticæ et scuta, qui<a non sine pellibus sunt>.

(Paul.) Scrautum pelliceum in quo sagittae reconduntur, appellatum ab eadem causa qua scortum. Σκ<υρος> enim Graece pellis dicitur ; unde scyticæ et scuta, quia non sine pellibus sunt.

Sceleratus campus app<ellatur proxime portam Col>linam, in quo virgin<es Vestales quae incestum> fecerunt defossae sunt v<ivae>.

(Paul.) Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo virgines Vestales quae incestum fecerunt defossae sunt.

<Scribonianum ap>pellatur ante atria <puteal quod fecit Scri>bonius, cui

SCREA. crea ps. Plac. (Crea : stercus. Unde nos ea quae ore abicimus excreare dicimus, id est expuere).

SCRUTILLUS. Supple, si libet : di b<oni, modo mi esset aditus> in illum ! ego me ho. e<xplerem, scrutillique omni>com>esa farte. (Cf. Class. Quart. 7, 119.) Et crede mecum Plautum hoc vocabulum diminutive ab eo quod est scrutum finxisse neque in ullo alio versu adhibuisse. Nam in indicibus quae hic versus praebet tota glossographorum commentatio nititur.

SCRUPI. Cf. Varro L. L. 7, 65 : In Cistellaria « scrattae scrupedae strittabillae tantulae ; ... scrupedam .. Valerius a pede ac scrupea ; ex eo Acci positum pro curiosa ; itaque est in Melanippo « reicis abs te religionem, scrupeam imponas ». Fortasse igitur sic supplend. : attr. <et scrupedae ama>ri ins. aut <nimis difficiles videntur va>lere. Vide supra ad Diobolares Meretrices (65,8).

SCRAUTUM. scort. Cf. supra, s. v. Scorta (442,23). Hinc Gloss. Philox. ST 75 Scrautum θήκη δερματινή βελών.

SCELERATUS CAMPUS. Cf. supra, s. v. Probrum Virginis Vestalis (277, [10]. port Coll.) Cf. Liv. 22, 57, 2 : Duae Vestales eo anno (a. 538), Opimia et Floronia, stupri comperatae ; altera sub terra, ut mos est, ad portam Collinam necata.

SCRIBONIANUM. Cf. Schol. Pers. 4 49 : Faeneratores ad puteal Scribonii Libonis

negotium da<tum a senatu fuerat ut>
conquereret sacella att<acta>.. (10 litt.)..
<pro>curavit, quia in eo loco ..(19 litt.)..
sacellum fuit quod igno ..(19 litt.).. ut
quidam fulgur conditum, quod..(16 litt.)..
<ne>fas est integri : semper foramin<e>..
..(9 litt.).. <aper>to caelum patet.

Sceleratus vi<cus> appellatur> octus (quod
cum ?) Tarquinius Superbus interfici<en-
dum curas>set Servium Tullium regem
soce<rum suum, corpus eius iacens filia
carp>ento supervectast, pro<perans in
possession>em domus paternae.

(Paul.) Sceleratus vicus Romae appel-
latur quod cum Tarquinius Super-
bus interficiendum curasset Ser-
vium regem socerum suum, cor-
pus eius iacens filia carpento super-
vecta sit, properans in possessio-
nem domus paternae.

Scele<rata porta> .. (9 litt.).. <app>el-
latur a quibusdam ; <quae et Carmen-
tali>s dicitur quod ei proximum Car-
<mentae sacellum fuit ; scele>rata
autem quod per eam <sex et trecenti
Fabii c>um clientium millibus <quinque
egressi adversus E>truscos ad amnem
<Cremeram omnes sunt inter>fecti.
Qua ex cau<sa> factum est ut ea porta

in>trare egredive <religioni quibusdam
sit>.

(Paul.) Scelerata porta, quae et Car-
mentalis dicitur, vocata quod per
eam sex et trecenti Favii cum
clientium millibus quinque egressi
adversus Etruscos ad amnem
Cremeram omnes sunt interfecti.

<*Schedi>a* genus navigii <inconditum,
trabibus tantum inter> se conexis fac-
<tum, quo mercimonia circu>mferunt
post amissam <navem> ..(10 litt.)..
<Lucili>us quoque poemata <mala et
versus non sa>tis perfecti[s] qui essent..
(14 litt.).. cum dixit (1279) :

qui schedium fa<ciam>.. (20 litt.)..

(Paul.) Schedia genus navigii incon-
ditum, id est trabibus tantum
inter se nexis factum ; unde mala
poemata schedia appellantur.

Sexagenarios <de> ponte olim deiciebant> ,
cuius causam mani ..(18 litt.).. <Roma>m
qui incoluerint <primi Aborigines ali-
quem> hominem sexaginta <annorum
qui esset immola>re Diti patri quot
<annis soliti fuerint>, quod facere eos
de<stitisse adventu Her>culis ; sed
religio ..(18 litt.).. scirpeas hominum
ef<figies de ponte in Tiberim antiquo>

quod est in porticu Iulia ad Fabianum arcum, consistere solebant. Scrib.] Fortasse L.
Scribonius Libo, praetor anno 550 A. U. C. (Cf. Liv. 29, 9, 11).

SCELERATUS VICUS. Cf. supra, s. v. Orbius Clivus (196, 1). Cf. Varr. L. L. 5, 159 :
Vicus Sceleratus dictus a Tullia Tarquinii Superbi uxore, quod ibi cum iaceret pater occisus,
supra eum carpentum mulio ut inigeret iussit.

SCELERATA PORTA. Cf. supra, s. v. Religioni Est Quibusdam (358, 1 porta Carmen-
tali egredi.. quod ea egressi sex et trecenti Fabii apud Cremeram omnes interfecti sunt).

SCHEDIA. Lucil.] Cf. Petron. 4 : Sed ne me putes improbasse schedium Lucilianae im-
probitatis, quod sentio et ipse carmine effingam ; Apul. Socr. praef. : Sed ut me omnifa-
riam noveritis, etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio <vitioso> et incondito experimini.
Haec suppleant docti : <navem. Eodem vocabulo Lucili>us. ||qui|| nom. ? abl. ?

SEXAGENARIOS DE PONTE. Cf. supra, s. v. Argeos (14, 22 vocabant scirpeas effi-
gies quae per virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim). Quod lemma prae-
cedit lemmati Arcere (14, 24 prohibere est, etc.). Cf. etiam supra, s. v. Depontani (66, 5
senes appellabantur qui sexagenarii de ponte deiciebantur).

cu. cau. Mani<lius> (Monum. 10) hanc refert quod **Roma>m docti. religi<onis>**
observatione postea> scirp. docti.

modo mittere <instituisse. Ali dioun>t morante in Italia <Hercule, quod quidam e>ius comitum habitave<rint> ..(16 litt.).. am haberi atque Arga<ei a patria vocati> fuerint arvi (Argis ?), quorum pro<pagatam memori>am reintegrari eo ge<nere sacri, Alii a Graeci>a legatum quondam Arga<eum>.. (14 litt.)..ssi Romae moratum esse : is ut <ex vita excesseri>t, institutum a sacerdotibus ut .. (14 litt.)..<s>cirpea ex omnibus, cumque publicae (-ce?).. (14 litt.) ..<nu>ntiavisset, per flumen ac mare in patriam remitteretur. Sunt qui dicant post Urbem a Gallis liberatam, ob inopiam cibatus coeptos sexaginta annorum homines iaci in Tiberim, ex quo numero unus filii pietate, occultatus saepe profuerit <pa>triae consilio sub persona filii. Id ut sit cognitum, ei iuveni esse ignotum et sexsagenaris vita concessa. Latebras autem eius quibus ar<uerit> senem, id est cohibuerit et celaverit, sanctitate dignas esse visas ideoque *Arcaeae* appellata. Sed exploratissimum illud est causae : quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis suffragium ferre, iuniores conclamaverunt ut de ponte deicerentur sexagenari qui iam nullo publico munere fungerentur, ut-

ipsi potius sibi quam illi deligerent imperatorem ; cuius sententiae est etiam Sennius Capito. Vanam autem opinionem de ponti Tiberino confirmavit Afranius in Repudiato (fr. 8).

Secus aliter significat, <et> *sexu*, natura habitusque ; ex Graeco, quam illi vocant *ἑξω*, Afranius in Privigno sic ait (240) : orbus virili sexu adoptavit sibi,

Pacuvius in Atalanta (68) :

triplicem virili sexu partem procreat.
(Paul.) Sexus natura vel habitus ex Graeco *exin* vocatur.

Simpludiarea funera sunt quibus adhibentur dumtaxat ludi corbitoresque. Quidam ea dixerunt esse quibus neutrum genus interesset lud<i>orum ; nam *indictiva* sunt quibus adhibentur non ludi modo sed etiam desultores, quae sunt amplissima.

(Paul.) *Simpludiarea funera* quibus ludos adhibebant.

Sex suffragia appellantur in equitum centuriis quae sunt adiectae ei numero centuriarum quas Priscus Tarquinius rex constituit.

Sertertius dicitur quarta pars denari quo tempore is decusis valebat, id est dupundius <et semis tertius> **

(Paul.) Sestertius dicitur quarta pars

ARCAEA. Cf. supra, s. v. Argea (18,5 loca Romae appellantur quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri).

Sinn. Cap.] Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 523, 22) : Ideo in proverbium quidam putant venisse ut diceretur sexagenarios de ponte deici oportere, id est quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant

SECUS. et] supplevi ; sed vide ne plura interciderint. aliter] Cf. supra, s. v. 379, 1 (Secus Valgius putat ex Graeco quod est *ἑξας* dictum ; absurde scilicet ; significat enim aperte aliter, <hau secus non aliter>, exemplis omnium fere qui eam vocem usurpant.) Ad vocem ' virile secus ' spectare Festum non possum non credere.

INDICTIVA. Cf. supra, s. v. Indictivum Funus (94,17 ad quod per praeconem evocabantur).

SESTERTIUS. Post hoc lemma folium unum excidit e cod. || quo temp.] Cf. supra, s. v. Grave Aes (87,8). Cf. infra, s. v. Trientem Tertium (498,9 duas libras pondo et trientem ; qua consuetudine hodieque utimur ..cum sestertium dicimus, id est duos asses et semissem tertium, etc.) ; s. v. Sesterti Nota (470, 26 dicitur signa continere dupundii et semissis, etc.). Cf. Varr. L. L. 5, 173 : Denarii quod denos aeris valebant, quinarii quod quinos, sestertius quod semis tertius ; dupondius enim et semis antiquus sestertius est, etc.

denarii quo tempore is decusis
valebat, id est dupondius et semis
tertius.

(Paul.) *Sex milium et ducentorum hominum
legionem* primus Gaius Marius conscrip-
sit, cum antea quattuor milium fuisset ;
unde etiam *quadrata* appellabatur.

(Paul.) *Sibus* callidus sive acutus.

(Paul.) *Se[d]* pro sine inveniuntur posuisse
antiqui.

(Paul.) *Sybinam* appellant Illyri telum
venabuli simile. Ennius (Ann. 504) .

Illyrii restant sicis sybinisque fodentes
(-dant-).

(Paul.) *Sedunculum* sedile. *Suduculum* genus
flagelli, dictum quod vapulantes sudantes
facit.

(Paul.) *Sectarius* verber qui gregem agno-
rum praecedens ducit.

(Paul.) *Secespitam* alii securim, alii dola-
bram aeneam, alii cultellum esse putant.

(Paul.) *Si<ci>ucum* dictum quod semun-
ciam seceat.

(Paul.) *Secessiones* narrationes.

(Paul.) *Sicules* hastarum spicula lata. Ennius
(Ann. 507) :
incedit veles vulgo sicilibus latis.

(Paul.) *Sectro* persecutio iuris.

(Paul.) *Secundae* res non a numero dicun-
tur sed quia, ut velimus, sequantur.

(Paul.) *Sincinium* cationem solitariam.

(Paul.) *Sectores* et qui secant dicuntur et
qui empti sua persequuntur.

(Paul.) *Sicyonia* genus calciamenti. Luci-
lius (1161) :
et pedibus laeva Sicyonia demit ho-
nesta.

(Paul.) *Simultas*, id est odium, dicta ex con-
trario, quia minime sint odientes se simul.
Potest et a simulatione dicta existimari,
quia simulata loquuntur ad invicem.

SIBUS. Cf. supra, s. v. Persibus (298, 20 peracutum significare videtur)

SE. Cf. supra, s. v. Socordiam (374, 17 compositum autem videtur ex se, quod est sine,
et corde) ; s. v. Sudum (377, 1 itaque sudum quasi 'seudum', id est sine udo, ut securus
sine cura) ; infra, s. v. Segnitia (456, 31 dicitur quod sit sine nitendo quid utile aut honestum.
Terentius « enimvero, Dave, nil loci est segnitiae neque socordiae »).

SYBINAM. Cf. Jacobsohn Herm. 45, 214. fod.] Cf. supra, s. v. Fodare (74, 13 tonere).

SEDICULUM, SUDUCULUM. Varias lectiones, ni fallor, in Plaut. Pers. 419 (suduculum
flagri). Hinc illud extra litterarum ordinem sud-

SECTARIUS. Alterum lemma Plautinum. Cf. Capt. 820 : Qui Petroni nomen induit
verveci sectario.

SECESPITAM. Cf. infra, s. v. (472, 19 esse Antistius Labeo ait cultrum, etc.) ; supra,
s. v. Soenam (444, 8 utrum securis an dolabra sit ambigitur).

SECESSIONES. Itidem Gellius cognatam vocem antiquam interpretatur (18, 9) : ' In-
sectiones ' narrationes sermonesque.

SECTIO. Cf. infra, s. v. Sectores.

SINCINIUM. -iam codd. Pauli : sic- codd. Isidori (Etym. 6, 19, 6), sed sine- in eo codice
Isidori quo usus est Ansileubus (Gloss. Ansil. Sl 383). Aliud videtur esse 'siccinnium' ap-
Gell. 20. 3 (genus veteris saltationis) et ad Graecum quod est σικιννίς revocandum. Sed res
obscura est.

SECTORES. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) SE 63 Sectores proprie dicuntur qui bona
proscriptorum dividunt et secant ? Cf. supra, s. v. Sectio.

Paul.) *Sementivae feriae* fuerant institutae quasi (ut ?) ex [h]is fruges grandescere possint.

Paul.) *Simpulum* (-puum ?) vas parvulum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur ; unde et mulieres rebus divinis deditae *simpulatrices*.

(Paul.) *Senaculum* locus senatorum.

Sinistrae aves sinistrumque e[s]t *sinistimum* auspiciū, id est quod sinat fieri. Varro lib. V Epistolicarum Quaestionum ait : « A deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt parte<s> mundi exorientes, ad dexteram occidentes ; factum arbitror ut sinistra meliora auspicia quam dextra esse existimentur » Idem fere sentiunt Sinnius Capito et Cincius (31).

Sentinare satagere, dictum a sentina quam multae aquae navis cum recipit, periclitatur. Caecilius in Aethrione (4) : cum Mercurio capit consilium postquam sentinat satis.

(Paul.) *Sentinare* satagere, dictum a sentina navis quam quis, ut aqua liberet, evacuare contendit ; itaque *sentinare* est suptiliter periculum

vitare. Caecilius « capit consilium postquam sentinat satis ».

Senatores a senectute dici satis constat ; quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio rempublicam administraret. Itaque etiam *patres* appellati sunt ; et nunc cum senatores adesse iubentur, « quibusque in senatu[m] sententiam dicere licet » ; quia [h]i qui post lustrum conditum ex iunioribus magistratum ceperunt et in senatu sententiam dicunt et non vocantur senatores ante quam in senioribus sunt censi.

Senatus decretum a consulto Aelius Gallus (19) sic distinguit ut id dicat particulam quandam esse *senatus consulti*, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatus consulti est.

Senis crinibus nubentes ornantur quod [h]is ornatus vetustissimus fuit. Quidam quod eo Vestales virgines ornentur, quarum castitatem viris suis sponoe (spondeant ?) a ceteris.

Sentes cum constet esse spinas et Afranius in Abducta dixerit (1) :

quam senticosa verba pertorquet turba (?) !

pro spinosis accipi debet.

(Paul.) *Sentes spinæ*. Afranius « quam

SEMENTIVAE. Cf. supra, s. v. Conceptivæ Ferae (55,1). Cf. Varro L. L. 6, 26 : *Sementivae feriae* dies is qui a pontificibus dictus, appellatus a semente, quod sationis causa susceptae.

SIMPULUM. Hinc Gloss. Philox. SI 53 *Simpulum* : *κύθος*, unde *simulator*. Fortasse etiam Schol. Iuv. 6, 342 (*simpuvium* ridere Numa) : *Simpuvium* vas sacrificiis aptum in quo pontifices libare solebant .inde *simpuviatrix* illa dicitur quae porrigit poculum ipsum. *simpulatricem*] Cf. supra, s. v. *Piatrix* (232,32). Cf. Varro. L. L. 5, 124 : Qui vinum dabant ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt ; qui sumebant minutatim, a sumendo *simpuium* nominarunt

SENACULUM. Cf. infra, ad *Senacula Tria* (470,5). Cf. Varr. L. L. 5, 156 : *Senaculum* supra *graecostasim*, ubi aedis *Concordiae* et basilica *Opimia* ; *senaculum* vocatum ubi *senatus* aut ubi seniores consistent, dictum ut *γερουσία* apud Graecos. Cf. supra, s. v. *Gerusia* (83, 27 curia, ab aetatis vocabulo dicta).

SENATORES. Cf. Gell. 3, 18,7 : Verba edicti haec sunt « *senatores* quibusque in senatu sententiam dicere licet ». Festum videtur adhibere Schol. Isid. : *Senatores* primum Romulus centum elegit ad consilium tribuendum, quos et a senectute *senatores* vocavit.

PATRES. Cf. supra, s. v. (288, 12).

sentiosa verba pertorquet turba ! », hoc est spinosa.

Senium a senili acerbitate et vitiis dictum posuit Caecilius in Hymnide (73) :

sine suam senectutem ducat utique ad senium sorbitio (-bilo ?).

Senonas Gallos Verrius ait existimari appellari quia novi venerint ex Transalpina regione.. (15 litt.).. ξένους, postea Senon<as>.

<*Septentriones*> septem stellae appel<antur, ut quae sint pro bu>bus iunctis, quos trio<nes a terra rustici> appellent quod iunc<ti terram arare soleant>, quasi 'terrones'. <Et Plaustrum appellantur> quod id astrum Graec<i ἄμαξαν> dicunt ; idque habet> partem quandam <temonis speciei>. Ennius (tr. 178) superat <stellas temo>.. (10 litt.)..

Et physici eum summ ..(20 litt.).. contendent> temp<ore>.. (19 litt.).. aiunt,

quod ita sunt <septem stellae sitae> ut ternae proximae <quaeque efficiant tria> trigona.

Scensas <Sabini dicebant quas> nunc cenas. Quae autem <nunc prandia cenas> habebant et pro ceni<s vespernas dicebant>.

(Paul.) Scensas Sabini cenas dicebant. Quae autem nunc prandiae sunt cenas habebant et pro cenis vespernas appellabant.

Signa, ut rerum, ita d<icuntur epistolarum> ; aut lapides aut fi<ctiles effigies aut si> adhuc aliqua ex <diversa materie> scul>pantur etiam sed po<sita in honorem alicuius> simulacra ad effigi<em eius statuae>.

<*Sequester*> is dicitur qui inter aliquos c<ertantes medius, sicut> inter eos convenerit, <ita tenet depositum ali>quid ut ei reddat qui (cui) id <deberi> iure sibi

SENIUM. Cf. supra, s. v. Anatem (26, 25 senium morbum senum).

SENONAS. Aliter Serv. auct. Aen. 8, 656 : Senones, qui Senones dicti sunt quod Liberum patrem hospitio recepissent.

SEPTENTRIONES. Hinc Gloss. Philox. TR 118-119 Triones : "Ἀμαξᾶ, βόες ἀρχαῖως. Fortasse etiam Gloss. Abol. TRI 13 Trionibus : bubus. Cf. Varr. L. L. 7, 73-75. « Quid noctis videtur ? In altisono caeli clipeo temo superat stellas sublime agens etiam atque etiam noctis iter ». has septem stellas Graeci, ut Homerus, vocant "ἄμαξαν, .. nostri.. triones et temonem .. triones enim et boves appellantur a bubulcis etiam nunc, maxime cum arant terram .. omnes qui terram arabant a terra 'terrones', unde triones ut dicerentur de tritu.. possunt triones dicti, VII quod ita sitae stellae ut ternae trigona faciant aliquod ; Gell. 2, 21, 8-10 : Sed ego quidem cum L. Aelio et M. Varrone sentio qui triones rustico cetera vocabulo boves appellatos scribunt, quasi quosdam 'terrones', hoc est arandae colendaeque terrae idoneos ; itaque hoc sidus, quod .. antiqui Graecorum ἄμαξαν dixerunt, nostri quoque veteres a bubus iunctis septentriones appellarunt, id est septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur .. Varro addit dubitare sese an propterea magis hae septem stellae triones appellatae sint, quia ita sunt sitae ut ternae stellae proximae quaeque inter se faciant trigona, id est triquetras figuras ; Gloss. Ansil. (ex Schol. Vergil.) TR 329 Triones : Aboriginum lingua aratores boves triones, quasi 'terrones', dicebantur.

SCENSAS. A voce antiqua Romanorum 'cesna' (cf. supra, 222, 26 ; 228, 10) aliena haec vox Sabina esse videtur. Cf. supra, s. v. Cena (47,8 apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium, vespurna quam nunc cenam appellamus) ; s. v. Prandium (249, 13 ex Graeco προένδιον est dictum ; nam meridianum cibum cenam vocabant) ; infra, s. v. Vespurna (505, 26 apud Plautum cena intellegitur). Etiam s. v. Merendam (111, 4 antiqui dicebant pro prandio quod scilicet medio die caperetur) ; s. v. Prandicula (296, 21 antiqui dicebant quae nunc ientacula) ; s. v. Silatum (472,6).

SIGNA. Hincine Gloss. Philox. SI 23 Signa : ζῷδια καὶ σημεῖα καὶ σφραγίδες ?

con>stiterit. Cato in ea ora<tione quam habuit> de Indigitibus (1) : « Sinunt ..(18 litt.).. ut bona rapiant, aut ..(18 litt.)... sequestro dent ». Et Pla<utus in Mercatore> (737) :

<immo> sic ; sequestro mihi data <est. Intellego>

<Sepul>chrum est, ut ait Gallus Aeli<us (20), locus in quo> mortuus sepultus est, quod anti<qui bustum appel>labant ; [h]isquae cippis aut ali<qua alia re mor>tui causa designatus est intra <quos fines se>pultura est facta.

Segnitia <dicitur quod sit sine nitendo quid utile aut> honestum. Terentius (Andr. 206) :

<enimvero, Dave, nihil loci> est segnitiae neque socor<diae>.

(Paul.) Segnitia dicitur quod sit sine nitendo quid utile aut honestum. Terentius « enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae neque socordiae ».

<Signare> ..(8 litt.).. men dicitur signis notare <pecora>.. (11 litt.).. sed antiqui eo pro scribe<re utebantur ; unde et subsigna>re et consignare ..(14 litt.).. <pro subscribere> et conscribere>.

(Paul.) Signare significat modo scribere, modo anulo signa inpri-

mere, modo pecora signis notare.

<Septimontium dies ap>pellatur mense <Decembri post eum qui dicitur in> Fastis Agonalia, <quod eo die septem m>ontibus fiunt sa<crificia : Palatio, Velia, F>agutali, Subura, <Cermallo, Caelio, Oppio> et Cispio.

(Paul.) Septimontium appellabant diem festum, quod in septem locis faciebant sacrificium : Palatio, Velia, Fagutalia, Subura, Cermallo, Caelio, Oppio et Cispio.

Sifus ..(18 litt.).. cis ipsis, id quod Graece <σῖφος> ..(9 litt.).. <le>ge rivalicia sic est ..(14 litt.).. <« rogant>[a]e populum Ser. Sulpi<cio>.. (14 litt.).. <mon>tani paganive si<fis aquam dividunt>o, donec eam inter se <diviserint, praetori>s iudicatio esto ».

Si<parium, quo in scaena mimi> utuntur, dictum ait <Verrius a puellari vesti>mento quod vocetur <supparu.. Siparum ap>pellant dolonem, <velum minus in navi, ut> acation maius. <Siparum autem dictum ait Sinniu>s Capito velut se<paratum, scilicet a reg>ione interioris <navis>

(Paul.) Siparium genus veli mimicum. <« Sepultum m>orte meroque » cum ait

BUSTUM. Cf. supra, s. v. (29,10 modo busta sepulera appellamus).

SEGNITIA. quasi se-gnitia. Cf. supra, s. v. Se (453,9 pro sine inveniuntur posuisse antiqui).

SIGNARE. Cf. supra, s. v. Resignare (352, 4 antiqui pro rescribere ponebant, ut adhuc subsignare dicimus pro subscribere) ; s v. Resignatum Aes (353, 20 signare enim antiqui pro scribere interdum ponebant). An <Signamus anulo ; ta>men dic. sig. not. <pecora signare illa> ; sed, etc. ?

SEPTIMONTIUM. Hincine Gloss. Abba (= Abol.) Septimontium : dies festus urbis Romanae quia supra septem montes sedet ? Cf. Varr. L. L. 6, 24 : Dies Septimontium nominatus ab his septem montibus in quibus sita Urbs est, etc. Cf. infra, s. v. Septimontio (476 1 ut ait Antistius Labeo, hisce montibus feriae : Palatio etc.), ubi ' montibus ' dat. casu. Agonalia]. Cf. supra, s. v. Agonium (9, 15).

SIPARIUM, SUPPARUS, SIPARUM. De his vocabulis cf. Housman (Class. Quart. 13, 149).

SUPPARUS. Cf. supra, s. v. (406, 8 puellare dicebatur vestimentum, etc.).

SIPARUM. Hincine Isidorus (Etym. 19, 3, 4) Siparum .. quod a separatione existinant nominatum ?

SEPULTUM MORTE MEROQUE. Tuscivie.] Cf. Cichorius (Untersuch. z. Lucil. 355).

<Luilius> (dub. 1374).. (10 litt.).. c
L. Terentio Tuscivi<cano> ..(13 litt.)..
vivum de saxo Tarpeio <desiluisse, cum
eo> venisset com[m]isatum, quod <vini
vi facere es>set coactus.

Seplasia <vicus Campanus in q>uo plu-
rimi unguenta<ri> ..(13 litt.).. cuius me-
minit Cicero (Pis. 24) : *Seplasia*[m]
<mehercule, ut dici> audiebam, te ut
primum aspe<xit Campanum> consu-
lem repudiavit.

Sati<cula oppid>um in Samnio captum
est ; quo <postea colon>iam deduxerunt
triumviri M. Valerius Corvus, Iunius
Scaeva, P. Fulvius Longus ex senatus
consulto Kal. Ianuaris P. Papirio Cur-
sore, C. Iunio II cos.

Segesta, quae nunc appellatur, oppidum in
Sicilia est quod videtur Aeneas condi-
disse praeposito ibi Egesto, qui eam *Eges-
tam* nominavit. Sed praeposita est ei
S littera ne obsceno nomine appellaretur,
ut factum est in *Malevento*, quod *Bene-
ventum* dictum est, et in *Epidamno*, quod
usurparunt *Dyrachium*.

Seliquastra (sil- ?) sedilia antiqui generis
appellantur D littera in L conversa, ut
etiam in *sella* factum est et *subsellio* et
solio, quae non minus a sedendo dicta
sunt.

(Paul.) *Seliquastra* genus sedilium.

Silus appellatur naso susus versus repando.
Unde galeae quoque a similitudine *silae*
dicebantur.

(Paul.) *Silus* appellatur naso sursum

versus et repandus. Unde galeae
quoque a similitudine *silae* dic-
tae sunt.

Silvi sunt appellati Albani reges a *Laviniae*
filio, quem post excessum Aeneae gra-
vida relicta, timens periculum et suae
vitae et eius quem utero gerebat, in sil-
vis latens enixa est. Qui restitutus in
regnum est post mortem Ascani, praelatus
Iulo fratris filio cum inter eos de regno
ambigeretur.

Sertorem quidam putant dictum a pren-
dendo, quia <cum> cuipiam adserat ma-
num educendi eius gratia ex servitute in
libertatem vocetur *adsertor* ; cum veri
similius sit dictum qui sereret quid, ac
potius *adsertorem* a serendo cepisse no-
men cum aliquem *serat* petendo in liber-
tatem eandem qua ipse sit, id est iungat ;
quia fruges cum seruntur terrae iungit.
Quod totum Verrius ἀπὸ θάως intro-
dixit. *Seges* dicitur ea pars agri quae
arata et consita est ; a serendo videlicet.

Serilia Verrius appellari putat navigia
Histrica ac Liburnica quae lino ac sparto
condensantur, a conserendo et conte-
xendo dicta, quia dicat Pacuvius in *Nip-
tris* (250) :

nec ulla sub<s>cus cohibet conpagem
alvei,

sed suta lino et sparteis serilibus ;

cum περιφραστὴς et ficto vocabulo
usus sit pro funiculis, qui sparto conse-
runtur.

(Paul.) *Serilla* navigia Histrica quae

SEPLASIA. Cf. supra, s. v. (418, 27 aut *Seplasion*, etc.).

BENEVENTUM. Cf. supra, s. v. (31, 17).

SELIQUASTRA. Cf. Varr. L. L. 5, 128 : Ab sedendo appellatae sedes, sedile, solium,
sellae, siliquastrum ; deinde ab his subsellium. Hinc Gloss. Abol. SI 33 Siliquastrum : sel-
lae genus.

SELLA. Cf. Serv. Ecl. 1, 2 : Sella pro ' sedda ' dicitur a sedendo.

SOLIO. Cf. supra, s. v. *Sodia* (?) (370, 7).

SILVII. Cf. Serv. Aen. 6, 760.

ADSSERTOR. Cf. supra, s. v. Adserere Manum (23, 26).

SEGES. Cf. Varr. L. L. 5, 37 : Seges ab satu, id est semine ; R. R. 1, 29, 1 : Seges dicitur
quod aratum satum est.

SERILIA. Pacuv.] Cf. supra, s. v. Subscudes (400, 1).

lino ac sparto condensatur, a conserendo et contexendo dicta.

Servorum dies festus vulgo existimatur Idus Aug., quod eo die Ser. Tullius natus servus aedem Dianae dedicaverit in Aventino, cuius tutelae sint cervi; a quo (-orum ?) celeritate fugitivos vocent *cervos*.

(Paul.) *Servorum dies festus* erat Idibus Augusti, quia eo die rex Tullius filius ancillae aedem Dianae dedicavit.

« *Sero sapiunt Phryges* » proverbium est natum a Troianis, qui decimo denique anno velle coeperant Helenam quaeque cum ea erant rapta reddere Achivis.

Sispitem Iunonem, quam vulgo *Sospitem* (-tam ?) appellant, antiqui usurpabant, cum ea vox ex Graeco videatur sumpta quod est σῶζεν.

Sultis si vultis significat composito vocabulo, ita ut alia sunt: <*sodes*> si audes; *sis* si vis; plicet (*ilico*) in loco; *scilicet* scias licet; *equidem* egoquidem. Ennius (Ann. 532):

pandite sulti<s> genas et corde relinquite somnum.

(Paul.) *Sultis* si vultis. Ennius « pandite sulti genas et corde relinquite somnum ».

Setius a sero videtur dictum. Accius in *Amphitryone* (93):

si forte paulo quam tu veniam setius.

(Paul.) *Setius Accius* a sero comparavit; ait enim « ne (!) si forte paulo quam tu veniam setius ».

Sedum, alii *sadum* appellant herbam quam *Opill[ius] Aurelius sesuvium* vocari ait eamque in tegulis seri, nec quamobrem id fiat indicat.

Specus feminino genere pronuntiabant antiqui, ut *metus* et *nepos*, — tam hercules quam masculino *stirp[is]* ut (et) *frons* — ut Ennius (Ann. 440):

tum cau[s]a sub monte (-ti) alte (late) specus intus patebat,

et Pacuvius in *Chryse* (99):

est ibi sub eo saxo penitus strata harum ingens specus.

Spondere antea ponebatur pro dicere, unde et *respondere* adhuc manet, sed postea usurpari coeptum est d<e promissu ex interrogatio> ne alterius.

(Paul.) *Spondere* ponebatur pro dicere, unde et *respondere* adhuc manet, sed postea usurpari coeptum est in promissu.

Subditus dicitur is qui in demor<tui iudicis locum iudex> datur [h]is qui eum hab<uerant iudicem, dumta>xat in eandem rem <vel litem>.

(Paul.) *Subditus iudex* dicitur qui loco mortui datur is qui eum habuerant iudicem in aliqua re vel lite.

<*Saturno*> sacrificium fit cap<ite aperto>.. (10 litt.).. Metellus pontifex <maximus

SERVORUM DIES FESTUS. post *Stiricidium* (465, 7) Paul.

SERO SAPIUNT. Cf. Cic. Fam. 7, 16: In Equo Troiano scis esse in extremo « sero sapiunt ».

SISPITEM. Cf. C. I. L. XIV 2090 Iunone Seispitei Matri Reginae; Ephem. Epigr. IX 605 Iunoni Sispit(i). Cf. supra, s. v. Sospes (388, 25). Hincine Gloss. AA (= Abol.) Sispes: sospes, id est beatus?

SULTIS. Vide supra ad Genas (83, 15). Cf. supra, s. v. Cumulter (44, 1 significat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut *sodes* pro si audes, scilicet pro scias licet, *sis* pro si vis); s. v. *Sodes* (382, 22 si audes, uti *sis* pro si vis, et *ilico* pro in loco).

SEDUM. Nescio an huc revocanda gl. Corp. S 300 Sedulium: (anglosaxonice) 'raegu'.

SPECUS Vide supra, s. v. Corius (53, 1). tam herc.. frons] Festo adscribit Reitzenstein (Verrianiische Forschungen 106).

SPONDERE. Cf. supra, s. v. (440, 1).

SATURNO SACRIFICIUM. Cf. supra, s. v. Saturnia (432, 1).

Claudium augurem iussis>set adesse[t], ut eum ..(17 litt.).. <Sul>pici Ser. f. inaug-
<urationi adhiberet, Claudius excusa>ret se, sacra sibi fam<iliaria esse Saturni, ob quae sibi sup>plicandum esset ca-
pite <aperto ; itaque, si ad iussum ad>-
esset, futurum ut cum ap<erto capite inaugurationi> facienda esset ; pontif<ex eum multavit ; > Claudius provocavit ;
<populus negavit ius pon>tifici esset (esse ut) Claudius fl ..(13 litt.).. Saturno sacra fecit rem **

<Sa>xum Tarpeum appell<atam aiunt partem mon>tis qui ob sepultam Ta<r-
peiam ibi virginem, quae> eum mon-tem Sabinis pro<dere pacta erat, ita> nominatus est ; vel i<nde quod quidam nomine> L. Tarpeius Romulo <regi, cum propter rap>tas virgines adversa-
<retur, in ea parte qua sa>xum est de noxi<o>poen<a>egr<avessumptaesunt. Ergo> noluerunt funestum locum r<eli-
quis cum partibus> Capitoli coniungi.

S<captia tribus a no>mine urbis Scaptiae a<ppellatur, quam Latini> incolebant. Stollatin<a tribus dicta non a campo> eo qui in Campania est, sed eo qui <prope abest ab urbe Ca>pena, ex quo Tusci profecti St<ellatinum illum> campum appellaverunt. Sabatin<a a lacu Saba>te.

Paul.) Scaptia tribus a nomine urbis Scaptiae appellatur. Sabatina a lacu Sabate dicta.

Sabini dicti, ut ait Varro, <pro 'Sebini'> quod ea gens populi (?) praecipue colat de<os, id est ἀπό τοῦ σέβεσθαι.

(Paul.) Sabini a cultura deorum dicti, id est ἀπό τοῦ σέβεσθαι.

Sanqualis porta a<ppellata est proxima aedi Sancus, id>eoque eodem est no-
mine **

(Paul.) Sanqualis porta appellatur pro-
xima aedi Sancus.

Silere tangere (tacere) <significat, ficto verbo> a S littera quae ini<tium et nota silenti est> :

(Paul.) Silere tacere significat, ficto verbo a S littera quae initium et nota silentii est.

Sellae curulis locus <in Circo datus est Va-
lerio dic>tatori posterif[u]sque <eius> .. (16 litt.).. nime sacellum Mur<ciae> .. (16 litt.).. aciebant spectra **

<Sontica> causa dicitur a morbo <sontico propter quam quod est> gerendum agere <desistimus. M. Porci>us Cato de re A. Atili (1) : « ..(20 litt.).. tisse timidus ne ..(19 litt.).. ibi causam sonticam. »

<Stiricidium q>uasi 'stillicidium', cum stil<lae concretae frigore c>adunt. Cato

SAXUM TARPEIUM. Cf. infra, s. v. Tarpeiae Effigiem (496, 22) ; Varr. L. L. 5, 41 : Hic mons ante Tarpeius dictus a virgine Vestale Tarpeia, quae ibi ab Sabinis necata armis et sepulta ; cuius nominis monumentum relictum quod etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum.

SABINI. Var. <quasi 'Sebini'> qu. **Kriegshammer**. Cf. Plin. N. H. 3, 108 ; Sabini. ut quidam existimavere, a religione et deum cultu 'Sebini' appellati. || populi scripsi : pp cod. (cf. 519, 17 ubi propter aliquot Pauli codd. pro populo) : vix proprios.

SANQUALIS PORTA post lemma Silere Paul. Cf. supra, s. v. Sanqualis Avis (420, 16).

SILERE. Hinc Gloss. Abol. SI 4 Silere : tacere.

SELLAE CURULIS LOCUS. Sac. Murc.] Cf. supra, s. v. Murciae Deae Sacellum (134, 14). Haec fere supplent docti : <eius, honoris causa, pro>xime sac. Mur<ciae> || Valer.] scil. M' Valerio Maximo (cf. Liv. 2, 31, 3 ; C. I. L. 11, 1826.)

SONTICA CAUSA. Haec supplent docti : < quid dicam causae exti>tisse tim ne <sis ? an impedimento t>ibi cau. son. <fuisse ?>.

SONTICO MORBO. Cf. supra, s. v. Insons (99, 15 a quo dici morbus quoque existimatur sonticus, quia perpetuo noceat) ; s. v. Sonticum Morbum (372, 3).

STIRICIDIUM. Cf. Serv. auct. Geo. 3, 366 : Stillicidium congelatum stiriam dicit. Quod

pro C. ** (1) : « nihil minus voluit semper ..(17 litt.).. bus re praesenti cognosce <re atque statu>ere ».

(Paul.) Stircidium, quasi 'stillicidium', cum stillae concretae frigore cadunt. Stiria enim principale est, stilla deminutivum.

Sacramento dicitur quod <iuris iurandi sacratio>ne interposita actum <est. Unde quis sacra>mento dicitur interrogari, quia.. (18 litt.).. <Cato> in Q. Thermum de X <hominibus> (4): « ..(18 litt.).. erant, ne mala ..(16 litt.).. t, scelera nefaria fie ..(11 litt.).. <sacrame>nto traderetur lege est.. (8 litt.) ».

(Paul.) Sacramentum dicitur quod iurisiurandi sacratione interposita geritur.

<*Siremps*> ponitur pro eadem, vel proinde <atque ea, quasi similis res ips>a. Cato in dissuadendo le<gem> ** (1) : « ** licita est, et praeterea rogas.. (15 litt.).. ea si populus condempnave<rit, uti siremps lex> siet, quasi adversus le **. »

(Paul.) Siremps dicitur quasi similis res ipsa. Habetur hoc in libris Catonis.

Spiciunt antiquos di<xisse sine praepos>itione testis est Cato in ea quam <habuit in Q. Thermum> de VII (X) hominibus (5) : Ut solent, ..(9 litt.).. <son>ivios, nisi qui sempiterni sunt quos ..(14 litt.).. rant, ne<c> spiciunt neque ratos <existimant> ».

<*Spa>tiatorem* erratorem Cato in M. Caecilium si se appellavisset (3) : In coloniam

mercules (meherc- ?) scribere nolim, si trium virum sim, spatiatorem atque fescenninum.

(Paul.) Spatiatorem pro erratorem Cato posuit.

Stata sacrificia sunt quae certis diebus fieri debent. Cato in ea quam scribit de L. Veturio, de sacrificio commissio cum ei equum ademit (2) : « Quod tu, quod in te fuit, sacra stata, sollemnia, capite sancta deseruisti ». *Sollemnia sacra* dicuntur quae certis temporibus annisque fieri solent.

(Paul.) Stata dicebantur sacrificia quae certis diebus fiebant. Cato « sacra stata, sollemnia, sancta deseruisti. »

Sollemnia sacra dicuntur quae certis temporibus fiunt.

Serra proeliari dicitur cum assidue acceditur recediturque neque ullo consistitur tempore. Cato de re militari (11) : Sive forte opus sit cuneo aut globo aut forcipe aut turribus aut serra uti adoriare.

(Paul.) Serra proeliari dicitur cum assidue acceditur recediturque neque ullo consistitur tempore.

Stercus ex aede Vestae XVII Kal. Iul. deferitur in angiportum medium fere clivi Capitolini qui locus clauditur porta Stercoraria. Tanta sanctitatis maiores vestri esse iudicaverunt.

Summiorem aliis aedem Honoris et Virtutis C. Marius fecit ne, si forte officeret auspiciis publicis, augures eam demoliri cogerent.

Donati (?) scholium plenius servavit Gloss. Ansil. ST 225-227 (228 ?).|| stiria en... dem. Pauli haec sunt, non Festi.

SACRAMENTO. vel <Cato in ea quam habuit> in, etc. Haec supplent docti : quia <iurandum interponitur. Cato>.. <atque etiam ad>erant, ne ma.<fide apparere>t sc. nef. fie<ri, poscentes ut sacrame>nto tradere<n>tur lege <a>est<imarentur>.

SPICIUNT. Cf. supra, ad Auspicium (2,8).

SOLLEMNIA SACRA. Cf. supra, s. v. Sollo (384, 36 Sollemne quod omnibus annis praestari debet).

STERCUS EX AEDE VESTAE. Cf. supra, s. v. Q. S. D. F. (310, 21 quando stercus delatum fas, etc.).

Sex Vestae sacerdotes constitutae sunt ut populus pro sua quaque parte haberet ministram sacrorum, quia civitas Romana in sex est distributa partis : in primos secundosque *Titienses, Ramnes, Luceres*.

(Paul.) *Sex Vestae sacerdotes* constitutae erant ut populus pro sua quisque parte haberet ministram sacrorum, quia civitas Romana in sex erat distributa partes : in primos secundosque *Titienses, Ramnes, Luceres*.

Salinum cum sale in mensa ponere figulis religioni habetur quod quondam in Esquilina regione figulo, cum fornax plena vasorum coqueretur atque ille proxime eam convivatus super modum potus somno esset oppressus cum convivis suis, praeteriens quidam petulans ostio patiente ex mensa salinum coiecit in fornacem, atque ita incendio excitato figulus cum suis concrematus est.

Sacramentum aes significat quod poenae nomine penditur, sive eo quis interrogatur sive contendit[ur]. Id in aliis rebus quinquaginta assium est, in aliis rebus quingentorum inter eos qui iudicio inter se contenderent. Qua de re lege L. Papiri tribuni plebis sanctum est his verbis : « Quicumque praetor post hoc (hac ?) factus erit qui inter cives ius dicet, tres viros capitales populum rogato, [h]ique tres viri <capitales> quicumque <posthac fa>cti erunt sacramenta ex<igunto>

iudicantoque eodemque iure sunt uti ex legibus plebeiisque scitis exigere iudicareque [esse] esseque oportet ». Sacramenti autem nomine id aes dici coeptum est quod et propter aerari inopiam et sacrorum publicorum multitudinem consumebatur id in rebus divinis.

(Paul.) Sacramentum aes significat quod poenae nomine penditur.

Sextantari asses in usu esse coeperunt ex eo tempore quo[d] propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, decreverunt patres ut ex assibus, quibus erant librari, fierent sextantari ; per quos cum solvi coeptum esset, et populus aere alieno liberaretur et privati, quibus debitum publice solvi oportebat, non magno detrimento adficerentur.

Septuennio <septimo> quoque anno usus est ut priore numero, sed id non permanens in usu nec amplius processit in maiorem.

Senacula tria fuisse Romae in quibus senatus haberi solitus sit memoriae prodidit Nicostratus in libro qui inscribitur de Senatu Habendo ; unum ubi nunc est aedis Concordiae inter Capitolium et Forum, in quo solebant magistratus dumtaxat cum senioribus deliberare ; alterum ad portam Capenam ; tertium citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quos in Urbem admittere nolebant, senatus dabatur.

Scholae dictae sunt non ab otio ac vaca-

SEX VESTAE SACERDOTES. post Serpsit (475,4) Paul.

SACRAMENTUM. Cf. Varr. L. L. 5, 180 : Ea pecunia quae in iudicium venit in litibus sacramentum, a sacro ; qui petebat et qui infitabatur de aliis rebus uterque quingenos aeris ad pontificem deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero assum ; qui iudicio vicerat, suum sacramentum e sacro auferebat, victi ad aerarium redibat.

SEXTANTARI ASSES. Cf. supra, s. v. Grave Aes (87,8).

SEPTUENNIO. pri. num. ji. e. sexennio.

SENACULA. Cf. supra, s. v. Senaculum (455, 17 locus senatorum), quod lemma potest non Festinum esse, sed a Paulo illuc hinc translatus. Nicostr.] Cf. Cichorius Röm. Stud. 66). aed Concord.] Iniuria hinc colligi Verrium sub Tiberio principe haec scripsisse monet Cichorius (Röm. Stud. 60).

SCHOLAE. ludi] Cf. supra, s. v. Militem (109, 23 sic ludum dicimus in quo minime luditur).

tione omni, sed quod caeteris rebus omnis vacare liberalibus studis pueri debent; ut etiam *ludi* appellantur in quibus minime luditur ne tristi aliquo nomine fug< iant pueri suo fungi mu> nere.

(Paul.) Scholae dictae sunt ex Graeco, a vacatione, quod ceteris rebus omissis vacare liberalibus studiis pueri debent.

Subici (-gi ?) *ar<ies* dicitur qui pro occiso datur>, quod fit, ut ait Cincius <in libro de Officio Iuris> consulti (10), exemplo At<heniensium apud quos> expiandi gratia aries in<igitur ab eo qui invitatus sce>lus admisit poen<a>e p<endendae loco>.

<*Speciem*> quam nos dicimus εἶδος <Graeci dixerunt; Pla>ton quidem idean; n<obis species pro eadem po>nitur.

Sesterti not<a dicitur signa continere> dupundi et semisis, q<uare sestertius dictus quasi 'semis>tertius'; sed aucto sesqu.. (14 litt.).. Apud antiquos autem <denari denorum assium e>rant et valebant d<ecusis, qui tum dicebantur quadriga>ti, bigati; quinquessis q.. (17 litt.).. est numerum aeris perduct<um> esse ad XVI asses lege Fla>minia minus

solvendi a<rgenti cum penuria preme>re>tur populus Romanus.

Solida sella ad<sidere auspex> iubetur cum mane surg<ens auspicandi gratia evigi>lavit, quod antiqui expres<s>e <nec superiore nec infe>riore parte excavat<as ad auspiciorum usum fa>ciebant sedes. Quas s<edes ob eam causam quod>in [h]is nihil erat constr<ictum ita appella>bant, inquit Verrius, quod <solidum idem est quod totum>. Absurde, ut mihi videtur, < siquidem omne quod>sit totum ait dictum solidum.

<*Silatium* antiqui> pro eo quod nunc ientaculum dicim<us appellabant> quia ieiuni vinum sili cond<itum ante meridiem> obsorbebant.

(Paul.) *Silatium* antiqui pro eo quod nunc ientaculum dicimus appellabant quia ieiuni vinum sili conditum ante meridiem obsorbebant.

Suffragato<res dicebantur apud> maiores [h]i qui vulgo in usu <erant candidatis. Nam quo meli>us apparerent iuncta suffra<gia, suffragator> quem quisque fieri vellet notabat <apposito pun>cto scribitis candidatorum hominu<m nominibus>. Varro in lib. VII Rerum Humanarum <haec tradit>.

SUBICII ARIES. Cf. infra, s. v. Subigere Arietem (476, 19 Antiscius esse ait dare arietem qui pro se agatur, caedatur). Cf. Serv. auct. Ecl. 4, 43: In Numae legibus cautum est ut, siquis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi agnatis eius in cautione offerret arietem.

SPECIEM. Cf. Cic. Acad. 1, 30: Hanc illi τῆς αὐτῆς appellant, iam a Platone ita nominatam, nos recte speciem possumus dicere.

SESTERTI quinquessis q<uinar..> vel quinquessisq<ue quinar..> docti. <auctor> est docti. Cf. supra, ad Sestertius (452, 36 dicitur quarta pars denari quo tempore is decusis valebat, id est dupundius et semis tertius); ad Grave Aes (87,8 dictum a pondere quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium ab hoc ipso numero dictum; sed bello Punico populus Romanus pressus aere alieno ex singulis assibus librariis senos fecit qui tantumdem ut illi valerent; item nummi quadrigati et bigati a figura caelaturae dicti).

SOLIDA SELLA. Cf. infra, s. v. Silentio Surgere (474,7 ubi qui post mediam noctem auspicandi causa ex lectulo suo silens surrexit et liberatus a lecto in solido se posuit sedetque, etc.).

SILATUM. Vide supra ad Scensas (456, 12). Cf. supra, s. v. Prandicula (296, 21 antiqui dicebant quae nunc ientacula).

Struppi vocantur in pulvinaribus <fasciculi de verbenis facti qui pro deorum capitibus ponuntur.

(Paul.) *Struppi* vocabantur in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti qui pro deorum capitibus ponebantur.

<*Septimanae*> (?) ..(10 litt.).. bem calo Antistius <Labeo> (12) ..(10 litt.)..

<ma>gistratum publicum **

<*S*>*ecespitam* esse Antisti<us Labeo (11) ait cultrum> ferreum oblongum manubrio eburneo rotundo solido, vincto ad capulum argento auroque>, fixum clavis aeneisae<re Cyprio, quo flamines, flaminicae, virgines pontificesque ad sacrificia utuntur. Ea ..(16 litt.).. a in sacro utuntur ..(15 litt.).. pro aediculo (-la ?) aeneo (-ea ?) olim ..(16 litt.).. tubae relictas sunt ..(15 litt.).. am tangere licet, est ..(11 litt.).. sed et aliis in locis et .. (12 litt.).. quemdam ita secespitae dicebantur. *Secivum libum*> est quod secespita secatur <libum sen placenta q>uae soleat necessaris sacrificiis adhiberi>.

(Paul.) *Secespita* cultrum ferreum oblongum manubrio eburneo ro-

tundo, solido, vincto ad capulum argento auroque, fixum clavis aeneis aere Cyprio, quo flamines flaminicae virgines pontificesque ad sacrificia utebantur. Dicta autem est secespita a secando.

Secivum libum est quod secespita secatur

<*S*>*uffimenta* sunt quae <faciebant ex faba milio>que molito mulso spar<so. Ea dis dabantur eo tempore quo uvae calcatae <prelo premebantur>.

(Paul.) *Suffimenta* dicebant quae faciebant ex faba milioque molito mulso sparsa. Ea dis eo tempore dabantur quo uvae calcatae prelo premebantur.

<*Serpsi*> antiqui pro serpserit <usi sunt. Inde *serpulae* dictae, quas nunc serpentes dicimus ex Graeco>; quia illi ἐπερά, nos <pro aspiratione eorum> *S littera* posita, ut <ἐξ sex, ἐπτά septem>.

(Paul.) *Serpsit* antiqui pro serpserit usi sunt. Inde *serpulae* dictae, quas nunc serpentes dicimus ex Graeco>; quia illi ἐπερά, nos pro aspiratione eorum *S littera* posita, ut ἐξ sex, ἐπτά septem.

STRUPPI. Cf. supra, s. v. Stroppus (410, 15... et a Tusculanis quod in pulvinari inponatur Castoris struppum vocari); s. v. Capita Deorum (56, 12 appellabantur fasciculi facti ex verbenis).

SEPTIMANAE (?). Cf. Varr. L. L. 6, 27 : Primi dies mensium nominati Kalendae quod his diebus calantur eius mensis nonae a pontificibus, quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in curia Calabra, sic dicto quinquies « kalo Iuno Covella », septies dicto « kalo Iuno Covella ».

An <Septies proclamare ver>bum calo Ant. Labeo <ait solere> mag. publ. <si Nonae Septimanae futurae sunt> ?

SECESPITAM. Cf. supra, s. v. (453, 16). Cf. Serv. auct. Aen. 4, 262 : *Secespita* autem est culter oblongus ferreus manubrio eburneo rotundo solido, vincto ad capulum argento auroque, fixo clavis aeneis quo <flamines> flaminicae virgines pontificesque ad sacrificia utuntur, eaque iam sacra est ; appellatur autem secespita a secando.

In fine supple, si libet : et <a secando, ut scena> quondam ita sec. dic.

SERPISIT, SERPULAE. Cf. infra, s. v. « *Serpula Serpsit* » (476, 23 ait idem Messala, serpens inrepsit).

S LITTERA. Cf. supra, s. v. Semis (374, 20 etiam alia quae *S litteram* pro aspiratione eorum positam habent, ut ἐπερά septem, ὕλαι silvae).

<S>*uffibulum* est vestimentum al<bum praetextum quā>drangulum oblongum quod in ca<pite virgines Ve>stales cum sacrificant semper <habere solent, i>d-que fibula comprehenditur.

(Paul.) Suffibulum vestimentum album praetextum quadrangulum oblongum quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, id-que fibula comprehendebatur.

<Silentio surgere sole>t dici ubi qui post mediam <noctem auspi>candi causa ex lectulo suo si<lens surr>exit et liberatus a lecto in solido <se posuit se>detque, ne quid eo tempore deiciat <cavens, donec s>e in lectum reposuit. Hoc enim est <proprie sil>entium, omnis vitii in auspiciis vacuitas. Veranius (2) ait non utique ex lecto, sed ex cubili, ne<c> rursus se in lectum reponere necesse esse.

<Sar>puntur vineae, id est putantur, ut in XII (6,8) ; Quandoque sarpta, donec dempta erunt.

Summanalia liba farinacea in modum rotae fincta.

(Paul.) Summanalia liba farinacea in modum rotae fincta.

Suffuerat sub eodem tecto fuerat.

Scribunt lapidem esse ait et ita vocari Antistius Labeo (13) in agro Menullino (?) ** divinam rem faceret.

Se quamque (quaque ?) seorsum quamque (quaque ?).

Sanates dicti sunt qui supra infraque Romanam habitaverunt. Quod nomen [h]is fuit quia cum defecissent a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam quasi sanata mente. Itaque in XII (1,5) cautum est ut idem iuris esset Sanatibus quod *Fortibus*, id est bonis et qui numquam defecerant a populo Romano.

(Paul.) Sanates dicti sunt qui supra infraque Romanam habitaverunt. Quod nomen ideo his est inditum quia, cum defecissent a Romanis, brevi post in amicitiam, quasi sanata mente, redierunt.

Sublucare arbores est ramos earum supputare et veluti supptus lucem mittere ; *conlucare* autem succisis arboribus locum implere luce.

(Paul.) Sublucare arbores est ramos earum supputare et veluti subptus lucem mittere ; conlucare autem succisis arboribus locum luce implere.

Spurcum vinum est, quod sacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antistius lib. X Commentarii Iuris Pontifici (2), cui aqua admixta est defru[c]tumve, aut igne tactum est, mustumve ante quam deferrescat.

(Paul.) Spurcum vinum dicebant cui

SUFFIBULUM. Cf. Varr. L. L. 6, 21 : « Is (sc. sacerdos publicus) cum eat, suffibulum ut habeat » scriptum ; id dicturne ab suffiundo subligaculum ? Cf. Dragendorff (Rhein. Mus. 51, 285).

SILENTIO SURGERE. Cf. supra, s. v. Caduca Auspicia (56, 17 dicunt cum aliquid in templo excidit, velut virga e manu) ; infra, s. v. Sinistrum (476, 30). Coniunge cum Cubans Auspicatur (58, 4).

SARPUNTUR VINEAE. Cf. supra, s. v. Sarpta Vineae (428, 19).

SCRIBTUM LAPIDEM. Medullino in quo div. rem facerent **Huschke**.

SE QUAMQUE. Hinc gl. truncata (nam deest interpretatio) AA (= Abol.) Se quaque. Cf. supra, s. v. Sed (453,9 pro sine inveniuntur posuisse antiqui).

SANATES. Cf. supra, s. v. (426, 18).

CONLUCARE. Cf. Act. Arv. Cf. supra, s. v. (33, 21 dicebant cum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini).

SPURCUM VINUM. Hinc Isidorus (Etym. 20, 3, 7) : Spurcum vinum quod offerri non licet aut cui aqua admixta est, quasi spurium, hoc est immundum. Cf. Plin. N. H. 14, 119.

aqua admixta, aut igne tactum erat, mustumve antequam deferrescat.

Septimontio, ut ait Antistius Labeo (14), hisce montibus feriae: Palatio, cui sacrificium quod fit, *Palatuar* dicitur; Veliae, cui item sacrificium; Fagu<t>ali, Suburae, Cermalò, Oppio, Caelio monti, Cispio monti. *Oppius* autem appellatus est, ut ait Varro Rerum Humanarum lib. VIII, ab Opitro Oppio Tusculano, qui cum praesidio Tusculanorum missus ad Romam tuendam, dum Tullus Hostilius Veios oppugnaret, consederat in Carinis et ibi castra habuerat. Similiter *Cispium* a Laevo Cispio Anagnino, qui eiusdem rei causa eam partem Esquiliarum quae iacet ad vicum patricium versus, in qua regione est aedis Mefitis, tuitus est.

(Paul.) Sacrificium quod fiebat Romae in monte Palatio *Palatuar* dicebatur.

Sistere fana cum in urbe condenda dicitur significat loca in oppido futurorum fanorum constituere, quam<quam> Antistius Labeo ait in Commentario XV Iuris Pontifici (4) fana sistere esse lectisternia certis locis et dis habere.

(Paul.) Sistere fana cum dicerent significabatur lectisternia certis in fano locis componere.

Subigere arietem in eodem libro Antistius (5) esse ait dare arietem qui pro se agatur, caedatur.

« *Bene sponsis beneque volueris* (?) » in precatione augurali Messalla augur (4) ait significare spononderis, volueris.

« *Serpula serps[er]it* », ait idem Messalla (5), serpens inrepsit.

(Paul.) « *Serpula serpsit* » cum legitur apud Messallam (!) significat serpens inrepsit.

Solino idem (6) ait esse consulo.

(Paul.) Solino intellegitur consulo.

« *Suad ted* » (?) idem (7) ait esse sic te.

Stellam significare ait Ateius Capito (21) laetum et prosperum, auctoritatem secutus P. Servili auguris <ob> stellam quae ex lamella aerea adsimilis (-li ?) stellae locis inauguratis infigatur.

Sinistrum in auspicando significare ait Ateius Capito (20) laetum et prosperum auspicium; a[u]t *silentium* [d] ubi dumtaxat vacat vitio. Igitur *silentio surgere* cum dicitur significat non interpellari, quo minus rem gerat. At *sinistrum* hortari quoque auspicia (-cium ?) ad agendum quod animo quis proposuerit.

Satis verbum Verrio melius fuit praetere, ut mihi videtur, quam tam absurriqui (-rdas) opiniones suas de eo <p>r<a>estare; quas sciens praeteri

SEPTIMONTIO. Cf. supra, s. v. (453,1). montibus] Dativo casu. Cf. Wissowa (Gesamm. Abhandl. 247).

PALATUAR. Cf. supra, s. v. Palatualis Flamen (284, 3).

CISPIUM. Cf. supra, s. v. Cispus Mons (37, 13).

SISTERE FANA. quamquam Huschke.

SUBIGERE ARIETEM. Cf. supra, s. v. Subigi Aries (470, 19).

BENE SPONSIS. b. vol.] beneque volsis Anspach (Deut. Litztg. 1913, p. 3042).

Cf. supra, s. v. Spondere (462, 22 antea ponebatur pro dicere).

SERPULA SERPSIT. Cf. supra, s. v. Serpsit (472, 36 antiqui pro serpsit usi sunt; inde serpulæ dictae; quas nunc serpentes dicimus ex Graeco, quia illi ἐρπετά, nos pro aspiratione eorum S littera posita, ut ἑξ sex, ἑπτά septem).

SOLINO (immo -nunt). cons.] Aliter supra, s. v. Nequinont (160, 3 pro nequeunt, ut solinunt ferinunt pro solent et feriunt dicebant antiqui). Debet esse, ni fallor, Solinunt.. consulunt. De his formis 3 plur. praes. ind. vide supra ad Explenunt (70,3).

SINISTRUM. Cf. supra, s. v. Sinistrae Aves (454,1).

SILENTIO SURGERE. Cf. supra, s. v. (474, 7).

tam hercules quam de *scabro*, quod proximum sequebatur.

Stipatores ait dictos a stipe quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis. Unde et *stipam* qua amphorae cum extruuntur firmari solent; etiam *stipites* qui ob eandem causam destituantur (?).

(Paul.) *Stipatores*, id est custodes cuiusque corporis, dicti sunt a stipe quam accipiebant mercedis nomine.

Sollicitare quidam dictum putant velut solo *citare*, id est >ex suo loco ac sententia <movere. *Solum* autem> quin significet locum quis <dubitet, cum *exsules*> quoque dicantur loco pa<triae suae pulsi ?>

(Paul.) *Sollicitare* est solo *citare*, id est ex suo loco movere. *Solum* autem quin significet locum quis dubitet, cum *exsules* quoque dicantur loco patriae suae pulsi ?

positum a semis et pulchro, eo quod superficie pulchrum, intus ossibus plenum. Sed pulchrum Varro negat aspirari debere, ne duabus consonantibus media intercedat aspiratio; quod minime ab antiquis videtur secutum.

(Gloss. AA) *Sol*: ideo sol appellatur quia obscuratis sideribus solus paret, ut Cicero (Deor. Nat. 2,68) dixit.

? (Gloss. Philox. SO 23) *Solivago*: μονήρις (-πει ?).

(Gloss. Abol. ST 23) *Stolones*: ramuli maioribus succrescentes ita dicuntur a Sabinis. (Gloss. Philox. ST 112) *Stolo*: παραφυάς.

(Gloss. Abol. ST 25) *Strabo*: qui unum oculum tortum habet.

(Gloss. Ansil. ST 301) *Strabus*: strambus Graece.

(Gloss. Abol. 59) *Subaquilus*: subniger.

T

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

(Gloss. Philox. SA 47) *Sepia*: σπηία, πόρνη ἀκάθαρτος, ἀπὸ τοῦ συγχῶς ἀσελγαίνειν.

? (Gloss. AA) *Sepulchrum* placet aliis com-

I. EX CODICE FESTI; EX APOGRAPHIS;
EX PAULO.

Tap[p]ete ex Graeco sum<pserunt sub vario genere poe>tae, Ennius cum ait (inc. 38): t.. (17 litt.).

STIPATORES. Cf. supra, s. v. (412, 30).

STIPAM. Cf. Serv. Aen. 1, 433: Stipant densent; translatio a navibus, in quibus stipula interponitur vasis quam stipam dicunt; 3, 465 Stipat denset; unde stipatores dicuntur qui in navibus componunt, a stipa; 5, 682. Cf. Heraeus (Philol. 59, 318).

? SEPULCHRUM. Si Festina est glossa, vide ne lemma fuerit Pulchrum et in P-capitulo steterit. Ex eodem fonte Charisius 73, 18: Pulchrum Varro adspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat adspiratio; quod minime rectum antiquis videbatur; unde et sepulchrum hodieque manet, quod sit seorsum a pulchro propter recordationem doloris.

SOL. Eadem hausit Isidorus (Etym. 3, 71,1): Sol appellatus eo quod solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis sideribus.

STOLONES. Philoxeni glossam male Latine vertit Gloss. Corp. S 561 Stolones: frutices radicum arborum.

SUBAQUILUS. Potest etiam ad A-capitulum assignari, s. v. Aquilus (20,7 color est fuscus et subniger). Vide ne versus Plautinus citatus fuerit (Rud. 422):

subvulturium — illud quidem 'subaquilum' volui dicere.

TAPPETE. Cf. Serv. Aen. 7, 277 (tapetis): Tertio declinatur hoc nomen, tapetum

<Turpi>lius in Demetrio (37) :

lec<ti glabrum tapetem et>veterem.

Sic tap[p]et<is et tapetibus >.

<Tarentum> in campo Martio loc<us ideo putatur ' Terentum ' > dicendum fuisse quod te<rra ibi per ludos> Secularis Ditis patris <aram occultens tera>tur ab equis quadrigaris, <ut eorum levis mo>tilitas (-bil-) aequiperet mo<tus solis atque lu>nae. Quod quam aniliter relat<um sit cui>vis manifestum est.

(Paul.) Terentum locus in campo Martio dictus quod eo loco ara Ditis patris terra occultaretur.

Tau<ri ludi> in>stituti dis inferis ex li<bris Sibyllinis> Tarquinio regnante, cum m<agna incidisset> pestilentia in mulieres g<ravidas atque earum> fetus[i], facti sunt ex carn<e divendita populo> taurorum immolatorum. Ob <hoc ludi Tauri> appellati sunt ; et fiunt <in circo Flaminio, ne> intra muros evocentur d<i inferi.>

(Paul.) Tauri appellabantur ludi in honorem deorum inferorum facti. Instituti autem videntur haec de causa. Regnante Superbo Tarquinio cum magna incidisset pestilentia in mulieres gravidas, quae fuerat facta ex carne diu vendita populo taurorum, ob hoc

dis inferis instituti et Tauri vocati sunt.

<Talarios> (?) ludos Varro ait vocari quod.. (10 litt.).. <ta>lus pendens a doctore incr.. (12 litt.).. solitus sit impelli atque us<que eo> ..(10 litt.).. docere quoad consistet<et atque virtu>te talorum constaret pedu<m firmitas>.

<Talas>sionem in nuptiis Varro ait <signum esse lani>fici, τάλαιον, id est quas[s]illum ; i<nde enim so>litum appellari Talassionem. <Sed Cn. Gellius> historiarum scribtor Talassium <ait nomine> virum rapta virgine unicae p<ulehritu>dinis, quod ei id coniugium fuerit f<elix, boni> [h]ominis gratia nunc reintegrari.

(Paul.) Talassionem in nuptiis Varro ait signum esse lanificii. Talassionem enim vocabant quasillum, qui alio modo appellatur calathus, vas utique lanificiis aptum.

<Triginta lictoribus> (?) l>ex Curiata fertur quo<d> Hanni<bal in vicinitate> Romae cum esset nec ex praesidi<is tuto decedi posset> Q. Fabius Maximus Veru<cosus, M. Claudius Ma>rcellus eos. facere in (?)

(?) <« Transque dato » nota>vit Aelius in XII signi<ficare traditoque>.

<T>risulcum fulgur fuit..(17 litt.).. quia id aut incendit a<ut discutit aut te>rebrat.

tapeti, ut templum templi, unde est « his tapetis » hoc loco ; item hoc tapete huius tapetis, ut sedile sedilis, unde est (9, 323) « qui forte tapetibus altis exstructus » ; declinatur et Graece ὁ τάρης τοῦ τάρητος, unde est (9, 356) « pulchrosque tapetas », τοὺς τάρητας ; Nonius 542,15 : Turpilius « glabrum tapete » ; Serg. gram. 541, 26, etc.

TARENTUM. Cf. supra, s. v. Saeculares Ludi (440, 13). Cf. Cichorius (Röm. Stud. p. 1).

TAURII LUDI. circ. Flam.] Cf. Varr. L. L. 5, 154 : Ibi (sc. in circo Flaminio) quoque ludis Tauriis equi circum metas currunt.

TALARIOS LUDOS. Cf. Hauler (Wien Stud. 39, 173).

TALASSIONEM. Aliter Serv. Aen. 1, 651.

TRIG. LICT. LEX. Translatione lex Bergk : Transit imperium neque denuo lex Momms.

TRANSQUE DATO. Cf. supra, s. v. Sub Vos Placo (402, 33 ut in legibus transque dato et endoque plorato).

TRISULCUM FULGUR. Cf. Senec. Nat. 2, 40 : Fulminum genera sunt illa, quod terebrat, quod discutit, quod urit.

Togatarum ..(17 litt.).. omnium fastigi, quae <praetextae vocantur> quod togis praetextis rem ..(17 litt.).. tur *tabernarium*, quia <in is cum hominibus excellentibus etiam humiles <inducuntur, ut, fures, p>lagiari, servi denique et <omnes qui ex tab>ernis honeste prodeant ..(12 litt.)..

<Ta>uras vaccas steriles ap<pellari ait> .. (7 litt.).. s quae non magis raptant (pariant) <quam tauri. Sed veri> similis sit ex Graeco die<tas, quia steriles vaccas ταύρας appellant.

(Paul.) Tauras vaccas steriles dici existimatur hac de causa quod non magis pariant quam tauri.

Todi sunt <aviculae crure gracili>i, quarum meminit Plautus in Sy<ra> (Cist. 408) : <cum extor>tis talis, cum todillis crusc<ulis>.

(Paul.) *Todi* genus avium parvarum. Plautus « cum extortis talis, cum todillis crusculis »

<*Tubilustria*> quibus diebus adscriptum in <Fastis est in atr>io Sutorio agna tubae <lustrantur, quae> tubos appellant. Quod genus <lustrationis ex Ar>cadia Pallanteo trans<latum esse dicunt>.

(Paul.) *Tubilustria* dies appellabant in quibus agna tubas lustrabant.

<T>uditantes tudentes <negotium, id est ag>entes, significare ait Cincius <de Verbis Priscis (20). E>nnius lib. II (135) : haec inter se <se ?> totum <tempus tuditan>tes,

et Lucretius item lib. II (1136) :

nec <tuditantia> rem cessant extrinsecus ullam. <Tudites mall>eos appellant antiqui a tunden<do> .. (6 litt.).. isali cruribus tudites. Inde Ateius <Philolog>us existimat *Tuditano* cognomen <fuisse quod> caput malleoli simile habuerit.

(Paul.) *Tuditantes* significat negotium tudentes, id est agentes. Lucre-

TOGATARUM. Vix fastigi<orum> (quasi ordinum). omn.] vel <h>ominum. Cf. supra, s. v. Praetextae (249, 14 appellantur quae res gestas Romanorum continent scriptae). Supple, si libet : Tog. <fabularum toga est> omnium vestitus. Quae <praetextae vocantur> quod to. pr. rem <agunt. Genus appella>tur tab. Cf. Diomed. p. 489 ; Varr. L. L. 6, 18.

TRISULCUM. Cf. supra, s. v. Sulci (392, 21 fulmen quoque, qua eius vestigium, similiter appellatur).

TAURAS. Hincine Gloss. Abba (= Abol.) Taura : sterilis ? Cf. Varr. R. R. 2, 5, 6 : Quae sterilis est vacca, taura appellata ; quae praegnas, horda ; ab eo in fastis dies Hordicalia nominantur quod tum hordae boves inmolantur.

TODI. Plaut.] Cf. supra, s. v. Succrotilla (390, 6 Plautus in describendis mulierum cruribus gracilibus in Sym (?) « <cum extertis> talis, cum todellis crusculis », belle, quae non pedibus valent). Cf. gl. corrupta Philox. TU 16 Tudos, tudeculus : ἐπιθαξος. Cf. infra, s. v. Tuditantes, Tudites (480, 35 vel a tudiculi cruribus tudites ?).

TUBILUSTRIA. Cf. Fast. Praenest. ((ad a. d. X Kal. Apr.) : Hic dies appellatur ita quod in atrio Sutorio tubi lustrantur quibus in sacris utuntur ; Varr. L. L. 5, 117 : Tubae ab tubis quos etiam nunc ita appellant tubicines (-nis ??) sacrorum. Cf. infra, s. v. Tubicines (482, 27) ; supra, s. v. Armilustrium (17, 28).

TUDITANTES. Hinc Gloss. Corp. (= Abol.) T 333 Tu[n]ditantes : saepe tudentes. Quam glossam in mea editione Glossarii Abolita (teste a, non tamen v) non debui post TO 16 praetermittere (Tond. s. tond. a, Ansil.).

TUDITES, quamvis ali a tudibus tudites Scal. : an vel a tudiculi cruribus tudites ? Cf. supra, s. v. Todi, ubi citatur Gloss. Philox. TU 16 Tudos (todus ?), tudeculus (-dic-) : ἐπιθαξος.

tius « nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam ».

Tudites mallei, a tundendo dicti. Inde et cuidam cognomen Tuditano fuit quod caput malleo simile habuerit.

<Tullios a>li dixerunt esse silanos, alii rivos, alii vehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniense. Ennius in Aiaee (18) :

Ajax ; misso sangui[ne] tepido tul efflantes volant.

(Paul.) Tullios alii dixerunt esse silanos, alii rivos, alii vehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniense. Ennius « sanguine tepido tullii efflantes volant ».

Topper significare ait Artorius cito, fortasse, celeriter, temere. Cito ; sic in Nelei carmine (3) :

topper fortunae commutantur hominibus.

Citius ; sic C<n.> Naevi<us> (Bell. Pun. 63) :

<topper saevi> capesset flamma[m] Volcani.

Cito ; sic in eodem (Liv. Odyss. 20) :

namque nullum peius macerat humanum

quamde mare saevum, vir(vis) et cui sunt magnae ;

topper confringent infortunae undae.

Fortasse ; sic Coelius lib. VII (47) : Ita uti sese quisque vobis studeat aemulari in statu fortunae rei publicae eadem re gesta, topper nihilo minore negotio acto gratia minor esset.

Fortasse ; sic Accius in Io (387) :

topper, ut fit, patris te eicit ira.

Sinnius vero sic : « Topper fortasse valet in Enni et Pacui scriptis ; apud Ennium est (scaen. 428) :

topper quam nemo melius scit ;

Pacuvius (424) :

topper tecum sit potestas faxsit, si mecum velit ;

at in antiquissimis scriptis celeriter ac mature ; in Odyssia vetere (27) :

topper facit homines utrius (ut prius) fuerint (-runt ? -rant ?) ; (26) :

topper citi ad aedis venimus Circae (-cai),

simul duona eorum portant ad navis, millia alia in isdem inseriuntur.

(Paul.) Topper cito, ut illud Nelei « topper fortunae commutantur hominibus ».

Tubicines etiam hi appellantur qui sacerdotes viri speciosi publice sacra faciunt tubarum lustrandarum gratia.

Torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuvium in Antiopa (13) : flammeo vapore torrens terrae fetum exusserit.

TULLIOS. tullii ef. cod. (pro tullii, i. e. tullii). Unam L habuit etiam ille Festi codex quo conditor Glossarii Abolita usus est ; cf. Gloss. AA (= Abol.) Tulei : rivuli. Ex Festo etiam nimirum Isid. Nat. 44,5 : Tulli aquarum proiectus quales sunt in Aniense flumine quam maxime praecipite. Sed v. d. Sigwart (Glotta 8, 141), dum Etruscum etymum ponit, non nisi obscurem per obscurius illustrare conatur.

TOPPER. sic Cn. Naevius etc. corr. Havet (Saturn. 307), Cichorius (Röm. Stud. 42) : sic<in Livio (39 M.) topper>saevi Morel. vis et] vires docti. iras Ennius cod. : ira S. Ennius Funaioli (Gramm. Rom. frag. 1, 102). sim. duon... inser. Naevio dat Havet.

TUBICINES. Cf. supra, s. v. Tubilustria (480, 25).

TORRENS. Hincine gl. corrupta Ansil. (= Abol.) FL 278 Flumen, torrens : quia flumen proprie dicitur et ipsa aqua quando crescit, differentia est ? Etiamne Gloss. Ansil. (= Abol.) TO 106 Torrens : fluvijs subitis imbris fractus praecipit ? Ex Festo, ni fallor (nisi potius ex Verrio per Sueton. Prat.), Isid. Nat. 44,5 : Flumen omnis humor qui vel modice fluit ; torrens fluvijs qui pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arecit ; de quo Pacuvius « flammeo vapore torrens torret (sic) » ?

Significat etiam fluvium subitis imbribus concitatum qui alioqui siccitatibus exarescit ; quius (cuius) aquam ipsam quae fluit *flumen* recte dici ait Aelius Gallus lib. II <Significationum ?> quae ad Ius Pertinent (4), ceterum volgi consuetudine utrumque iam dici flumen, et perennem fluvium et torrentem.

(Paul.) Torrens et participium est et nomen.

Torum, ut significet torridum, aridum, per unum quidem R antiqua consuetudine scribitur ; sed quasi per duo R scribatur pronuntiari oportet. Nam antiqui nec mutas nec semivocales litteras geminabant, ut fit in Ennio, Arrio, Annio.

(Paul.) Torrum torridum, aridum.

Turmam equitum dictam esse ait Curiatius quae 'terimam', quod ter deni equites ex tribus tribubus Titensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum *decuriones* dicti ; qui ex eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.

(Paul.) Turma equitum dicta quasi 'terima', quod ter deni equites ex tribus tribubus Titensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum *decuriones* dicti ; qui ex eo singulis turmis sunt etiam nunc terni.

Torrere a torro deductum proprie significat ~ siccare atque arefacere, sed usurpatum est iam pro eo quod sit igne urere. Plautus (Cas. 309) :

[in] una edet (edepol) opera in furnum calidum condito

atque ibi torreto.

(Paul.) Torreri a torro deductum pro-

prie significat siccare atque arefacere, sed usurpatum est iam pro eo quod sit igne urere.

Tur<r>annos (-enn- ?) Etruscos appellari solitos ait Verrius a Turreno duce Lydorum ; a cuius gentis praecipua crudelitate etiam *tyrannos* dictos.

(Paul.) Turrani Etrusci dicti a Turreno duce Lydorum ; a cuius gentis praecipua crudelitate etiam tyranni sunt dicti.

« *Tyria maria* » in proverbium deductum est quod Tyro oriundi Poeni adeo potentes maris fuerunt ut omnibus mortalibus navigatio esset periculosa. Afranius in Epistula (112) :

hunc Serrium autem maria Tyria conciet (-ent ?).

Torvitas a ferocia taurorum dicta est. Pacuvius in *Armorum Iudicio* (37) :

feroci ingenio torvus praegrandi gradu, et (36) :

cum recorder eius ferocem et torvam confidentiam.

(Paul.) Torvitas a ferocia taurorum, quasi tauri acervitas, est vocata.

Turbelas dixisse antiquos quas nunc turbas appellamus testis est Plautus in *Pseudolo* (110) :

quo pacto et quantas soleam turbelas dare.

(Paul.) Turbelas apud Plautum turbas significat.

Tutulum vocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum quod fiat vitta purpurea innexa crinibus et exstructum in altitudinem. Quidam pilleum lanatum forma metalli figuratum quo flamines ac pon-

TORUM. litteras gemin.] Cf. supra, s. v. Anus (5, 26). Victorinus grammaticus (8, 1) his exemplis utitur : Annius, Lucullus, Marcellus, Memmius.

TURMAM. Cf. Varr. L. L. 5, 91 : Turma 'terima' — E in U abiit — quod ter deni equites ex tribus tribubus Titensium, Ramnium, Lucerum fiebant ; itaque primi singularum decuriarum *decuriones* dicti ; qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.

TORRERE. -ri cod. Hinc Gloss. Abol. TO 5 Torretur : uritur vel siccatur.

TORVITAS. acervitas]. i. e. -rbitas.

TUTULUM. Cf. Varr. L. L. 7, 44.

tifices utantur eodem nomine vocari.
Ennius (Ann. 121) :

libaque, fictores, Argaeos et <tutula-
tos>.

(Paul.) Tutulum dicebant flami-
narum capitis ornamentum vitta
purpurea innexa crinibus et in
altitudine exstructum. Ennius « fic-
tores, Argeos et tutulatos ».

<Tuor> video, tueor defendo ..(17 litt.).. sed
iam promiscue utuntur <et ponitur tue>-
or pro video et contueor <pro conspicio>.

(Paul.) Tuor video, tueor defendo.

<Tuguria> a tecto appellantur <hos-
pitia modica et> sordida. Afranius in
D<ivortio> (402) :

..(7 litt.).. tugurium est turpe ;

<Caecilius in Hypo>bolimaeo (82) :

habitaba<t in tuguriolo pau>perculo.

Quo nomine <Messala in explana>tione
XII ait etiam ..(14 litt.).. <vo>cari.

Tusculum vicum con<plures scrip>tores dic-
tum aiunt ab <is qui Porsena rege> dece-
dente ab obsi<dione e> Tuscis remanse-
rint> Romae locoque [h]is dato <habi-
taverint ; aut quod Volci>entes fratres
Caeles et Vibenn<a>, ..(9 litt.).. <regem>

Tarquinius Romam secum max<ime
adduxisse, colue>rint. M. Varro, quod
ex Cael<io monte illuc deducti>sint.

(Paul.) Tusculum vicus Romae est dictus
quod ibi habitaverunt Tusci qui
recedente ab obsidione Porsena
remanserunt.

Toxicum dicitur cervari<um venenum
quo> quidam perunguere sagitta<s soliti
fuissent>. Caecilius in Gamo (53) :
ut hom<inem amoris> toxico transe-
gerit ;

Afra<nus in> ..(6 litt.).. (407) :

uxorium istud toxicum mit.. (6 litt.)..

<Tuscos> quidam dictos aiunt a Tusco
<rege Hercu>lis filio. Ali quod unici
studi si<nt sacrificiorum> ; ex Graeco.
velut Θυσκοί.

(Paul.) Tusci a Tusco rege filio Her-
culis sunt dicti ; vel a sacrificando
studiosé, ex Graeco, velut Θυσκοί.

T<usculum vel> ab eadem causa sacrifi-
ciorum v<el quod aditum dif>ficilem
habeat, id est δύσκολον.

(Paul.) Tusculum dictum quod aditum
difficilem habeat, id est δύσκολον.

<Tumulum> Aelius (Ael. Gallus 22 ^a)

TUOR. Cf. supra, s. v. Optutu (202, 11 quasi optuitu, a verbo quod est tuor et significat
video). Hinc, ni fallor, Gloss. Cyrill. (=Philox.) Tuor : ἐνωρῶ, Tueor : φυλάττω. Cf.
Varr. L. L. 7, 12.

TUGURIA. An etiam <cellas servorum vo>cari ? Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Tu-
gurium : hospitium modicum a tela (aut cella ? a tegula ?) ? Cf. Pompon. Digest. L. 16, 180.

TUSCUM VICUM. Cael. et <A.> Vibenn <ae quos dicunt ad regem> Tar. Ro. se cum
Max<tarna contulisse, eum incolue>rint Garrucci : Cael. Vibenn<ae qui patria expulsi
ad regem> Tar. Ro. se cum Max<tarna contulerunt, eum colue>rint Gardthausen. Cf. De
Sanctis (Klio 2, 98) : Muenzer (Rhein. Mus. 53, 603). Cf. Varr. L. L. 5, 46 : Caelius mons,
a Caele Vibenna Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio con-
tra Tatium regem ; hinc post Caelis obitum, quod nimis munita loca tenerent neque sine
suspensione essent, deducti dicuntur in planum ; ab eis dictus vicus Tuscus ; Varr. ap.
Serv. Aen. 5, 560 : Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Titum Tatium a Lucumo-
nibus, hoc est Tuscis, auxilia postulasse ; unde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam
Tatio pars Urbis est data ; a quo in Urbe Tuscus dictus est vicus. Cf. supra, s. v. Caelius
Mons (38, 26) ; Lucomedi (107,3).

TOXICUM. Hincine Acron Epod. 17,61 : Toxicum est venenum efficax, eo quod sagittae
inde tinguntur ? || mit<tas mihi> docti.

TUSCOS. Cf. Serv. auct. Aen. 10, 164 : Tusci a frequenti sacrificio sunt dicti, ἀπὸ τοῦ
θύειν (unde Isid. Etym. 9, 2, 86).

sic definit : Tumulus e<st cumulus are>-
nae editus secundum mare fluctibus in
<altum ele>vatus ; unde similiter et
manu fac<tus et na>turalis proprie
dici potest.

Tumult<uari> milites dicuntur lecti ob
subitum ti<morem ; un>de etiam *tumul-*
tum dici ait Verrius quia <non aliunde>
is oriatur quam ab Italicis et Gallicis
h<ominibus qui immin>ent Italiae ;
itaque nullum <vocari umqu>am quam
Gallicum aut domesti<cum bellum>.

<Thomices Graeco> nomine appellantur
<ex cannabi inpolita> et sparto leviter
tortae <restes, ex quibus funes> fiunt.
Lucilius (1324) :

vidimus <vinctum>

<thomice cann> abina.

Op[p]illus Aure<lius>.. (8 litt.).. <mol>-
lem pulvillum quem in <collo habent ne
restis> laedat tomicem vo<car>i.

(Paul.) Thomices Graeco nomine appel-
lantur ex cannabi inpolita[e] et
sparto leviter tortae restes, ex
quibus funes fiunt. Pulvilli quo-
que quos in collo habent ne a resti
laedantur thomices vocantur.

<Tongere Aelius Sti>lo ait noscere esse,
<quod Praenestini tongi>tionem dicant

pro no<tionem>, ..(7 litt.).. tius domi-
nari. Ennius ..(4 litt.).. (var. 28) :

<alii rhetorica> tongent

et vincere **

i videtur significare **

(Paul.) Tongere nosse est, nam Praes-
nestini tongitionem dicunt notio-
nem. Ennius « alii rhetorica ton-
gent ».

<Tesca sun>t loca augurio desig<nata,
quo sit term>ino finis in terra auguri.
Op<[p]illus autem Aure>lius loca con-
secrata ad.. (15 litt.).. sit, sed sancta loca
undique ..(12 litt.).. nt pontifici[s] libri,
in quibus <scribuntur est> : « templum>que
sedemque tescumque, <sive deo sive
deae> dedicaverit, ubi eos ac<cipiat
volentes> propitiosque ». Hostius Belli
<Histrici lib.> (6) :

per gentis alt (ait) aetherias atque <ar-
dua tesca>.

i (?)

violabis (vol- ?) templa antiqua..
(5 litt.)..

<Cic>ero aspera, difficilia aditu <ait
esse> (Enn. trag. 342) :

<lo>ca aspera, saxa

tesca tuor ;

<Accius in Philo>cteta (554) :

THOMICES. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Thomix : restis leviter torta.

TONGERE. rhet.] i. e. rhetorica. Nisi Sotadicum mavis versum agnoscere.

Si mecum credis verbi unici interpretationem in hoc solo versu niti, lege mecum : <at Cu-
ria>tius dom. Enn. <lib... « alii rh.> t. et vicere <forum... » Ub>i vid. sig. <aut hoc aut
illud>. Haec fere suppleunt docti : Et vincere <praeterea alib>i vid. sign.

TESCA. ait] alte docti. Post ait esse vide ne exciderint aliqua verba. Haec suppleunt docti :
ad <augurandum scrib>sit sed san. lo. und. <saepta doce>nt. Utrum hinc an ex Scholio
Horatiano (Epp. 1, 14, 19) provenit gl. corrupta Philox. TE 122 Tesqua : *κατάχρημοι καὶ*
βάχεις καὶ ἐρημοὶ τόποι ὑπερς (in Persio ?) tescua ? Utrum hinc (per Gloss. Abol.) an ex
Philoxeno provenit Gloss. Abba Tesqua : deserta, aspera ? Mire Isidorus (Etyim. 15 12,
3) : Tescua quidam putant esse tuguria (!), quidam loca praerupta et aspera.
Gf. Varr. L. L. 7, 10: Quod addit templa ut sint tesca, aiunt sancta esse qui glossas scrip-
serunt ; id est falsum nam, etc... loca quaedam agrestia, quod alicuius dei sunt, dicuntur
tesca ; nam apud Accium in Philocteta Lemnio « quis tu es mortalis qui in deserta et tesca
te apportas loca »... haec quod tesca dixit non erravit, neque ideo quod sancta, sed quod
ubi mysteria fiunt aut tuentur, ' tuesca ' dicta. Ad Glossarium Abstrusa et schol. Verg.
(Donati ?) revoco miram gl. Ansil. TE 564 Tescua : loca in quibus pecora castrantur ; unde
et castratores tescuatores dicuntur.

quis tu es mortalís <qui in desert>a
 et tesqua te adportas loca ?
 (Paul.) Tesca loca augurio designata.
 Cicero aspera ait esse et difficilia.
 <Tonsillam ait> esse Verrius palum dolatum
 <in acumen et> cuspidē praeferratum,
 ut existi<mat, qu>em cumfigi
 (conf-) in litore navis re<ligandae> causa.
 Pacuvius in Medo (218) :
 accesi Aea>eam et tonsillam pegi
 laeto in litore ;
 <Accius in> Phinidis (574) :
 tacete et tonsillas lito<re in laeto>
 edite.
 (Paul.) Tonsilla palus dolatus in acu-
 men et cuspidē praeferratus qui
 navis religandae causa in litore
 figitur. Accius « tacete et tonsillas
 litore in leda (?) edite ».
 Tonsam Ennius significat remum, quod
 quasi tondeatur ferro, cum ait lib. VII
 (230) :
 poste recumbite vestraque pectora
 pellite tonsis,
 item (231) :
 pone petunt, exim referunt ad pectora
 tonsas,
 et in [na] Sota (27) :
 alius in mari vult magno tenere ton-
 sam.
 (Paul.) Tonsa remus, quod quasi ton-
 deatur ferro. Ennius « pone petunt,

exim referunt ad pectora tonsas ».
 Thymbreum Apollinem Vergilius (Aen. 3,
 85) a monte Thymbreo appellavit, qui
 est in agro Troiano.
 (Paul.) Tymbreus Apollo a monte Tym-
 breo dictus, qui est in agro Troia-
 no.
 Toleno (?) est genus machinae quo tra-
 hitur aqua alteram partem praegra-
 vante pondere, dictus a tollendo.
 Tolerare patienter ferre. Accius in Neop-
 tolemo (466) :
 aut (haut ?) quisquam potis est tole-
 rare acritudinem ;
 Ennius lib. II (134) :
 ferro se caede<i> quam dictis his tole-
 raret.
 Toles tumor in faucibus, quae per demin-
 tionem tonsillae dicuntur.
 (Paul.) Toles tumor faucium, quae per
 deminutionem dicuntur tonsillae.
 Tullianum, quod dicitur pars quaedam car-
 ceris, Ser. Tullium regem aedificasse
 aiunt.
 Taxat verbum ponitur in [h]is quae finiun-
 tur quoad tangi liceat ; in litibus quoque,
 arbitrove cum proscribitur (prae- ?)
 quoad ei ius sit statuendi, taxatio dicitur
 quae fit certae summae. A tangendo au-
 tem dici etiam scaenici testimonio sunt,
 qui taxatores dicuntur quod alter alterum
 maledictis tangit.

TONSILLAM. Cf. supra, s. v. Prymnesium (251, 9 palus ad quem funis nauticus reli-
 gatur ; quem alii tonsillam dicunt).

TOLENNO. Hinc Gloss. Philox. (cf. Cyrill., etc.) TO 8 Tolleno : κλώνειον φρέατος ;
 Gloss. Abol. TO 19 Toleno : genus machinae aquariae, ita dictum quod alternis adtollitur
 vel quod tollit haustam aquam. Male Isidorus (Etym. 20, 15, 3) : Telonem hortulani vocant
 lignum longum quo auriunt aquam ; et dictum telonem a longitudine ; τήλόν enim dici-
 tur iuxta Graecos quicquid longum est ; unde et mustelam vocant quasi mus longus. Cf.
 supra (342, 17).

TOLES. Hinc Gloss. Philox. TO 11 ; 19 Tolès, tonsillae : περίσθμια (unde Gloss. Corp. T
 225 Toles : membra sunt circa uvam). Ex detruncata glossae forma (Toles : membra) exce-
 perunt Famina Hesperica mirum illud toles ' membra ' Gradatim igitur processit inter-
 pretatio : ' tumor in faucibus ', περίσθμια, ' membra circa uvam ', ' membra '.

TULLIANUM. Cf. Varr. L. L. 5, 151 : In hoc (sc. carcere) pars quae sub terra Tullia-
 num, ideo quod additum a Tullio rege.

TAXAT. Hincine Gloss. Abol. TA 2 Taxat : tangit ?

(Paul.) *Taxat* et *taxatio* a verbo *tango* dicuntur ; unde et *taxatores* a scenicis dicuntur qui alterutrum maledictis tangunt.

Tabernacula dicuntur a similitudine *tabernarum* ; quae ipsae quod ex tabulis olim fiebant dictae sunt, non ut quidam putant, quod tabulis cludantur.

Tagit Pacuvius in Teucro (344) :

ut ego, si quisquam me *tagit*,
et *tagam* idem in *Hermiona* (165) :

aut non cernam, nisi *tagam*,
sine dubio antiqua consuetudine usurpavit.

Nam nunc ea sine praepositionibus non dicuntur, ut *contigit*, *attigit*.

(Paul.) *Tagit* simpliciter dicitur quod *attigit*, *contigit* facit compositum.

Tablinum proxime atrium locus dicitur quod antiqui magistratus in suo imperio tabulis rationum ibi habebant publicarum rationum causa factum locum.

(Paul.) *Tablinum* locus proximus atrio, a tabulis appellatus.

Tabem eam, quae faceret *tabescere*, apud antiquos usurpatam Sallustius quoque frequenter, ut in *Catilina* cum ait (36) « uti *tabes* plerosque civium animos invaserat », et in lib. IV *Historiarum* (46) « qui quidem mos, ut *tabes*, in Urbem coiectus » ; et *Corvin[ius]* pro *Liburnia* « propter hanc *tabem* atque perniciem domus totius ».

Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro citro, sive privatim sive

publice opus erat, certiores absentes faciebant. Unde adhuc *tabellari* dicuntur et *tabellae missae* ab imperatoribus.

Tagax furunculus a *ta<n>gendo* ; cuius vocabuli *Lucilius* meminit (1031) :

et *Muttonis* manum perscribere posse *tagacem*.

(Paul.) *Tagas* furunculus a *tangendo* dictus. *Lucilius* « et *Muttonis* manum perscribere posse *tagacem* ».

Tages nomine *geni* filius, nepos *Iovis*, puer dicitur disciplinam *haruspicii* didisse duodecim populis *Etruriae*.

Taminia uva silvestris generis videtur *Verrio* dicta quod tam mira (?) sit quam *minium*.

(Paul.) *Taminia uva* silvestris dicta quod tam mira sit quam *minium*.

Talus in *Sabinorum* nominibus praenominis loco videtur fuisse.

(Paul.) *Talus* praenomen erat *Sabinorum*.

Talentorum non unum genus. *Atticum* est sex milium *denarium* ; *Rhodium* et *cistophorum* quattuor milium et quingentorum *denarium* ; *Alexandrinum* XII *denarium* ; *Neapolitanum* sex *denarium* ; *Syracusanum* trium *denarium* ; *Reginum* victoriatum.

Tanne eo usque, ut *Aelius Stilo* et *Opillus Aurelius* interpretantur. Itaque *Afranius* (410) :

tanne arcula

TABERNACULA, TABERNARUM. Cf. supra, s. v. *Adtibernalis* (11, 12) ; *Contubernales* (11,4).

TABLINUM. imp. tabulis] deficit codex ; incipiunt apographa. De quorum testimonio vide ea quae dixi supra ad 114,5. Cf. *Varr. Vit. Pop. Rom.* I (ap. *Non.* 83, 16) : *cenitabant in Urbe in tabulino*, [quod *maenianum* possumus intellegere tabulis fabricatum]. Verba quae inclusi, possunt *Nonii*, non *Varronis* esse.

TABEM eam] scil. non tabum id. *Hincine Gloss. Philox.* TA 6-7 *Tabes* : *τῆξεδων*, *Ta-bescit* : *τῆχεται*, *φθίνει* ?

TAGAX. *Hinc Gloss. Abol.* TO 10 *Tagax* : furunculus.

TALUS. *Tallus Dion. Halic.* 2, 46, 3.

TALENTORUM. Cf. supra, s. v. *Euboicum Talentum* (69,3 nummo Graeco septem milium et quingentorum *cistophorum* est, nostro quattuor milium *denariorum*).

TANNE. Vide infra ad *Tanne* (494,6).

tua plena est araneorum ?

(Paul.) Tanne eo usque. Afranius
« tanne arcula tua plena est araneorum ? »

Thaleae nomen dictum [alii] ab aetatis flore aiunt ; alii quod carmina semper florent.

Talipedare antiqui dicebant pro vac[c]illare pedibus lassitudine, qua qui<s> trahit pedes ut talis videatur insistere ; aut identidem tollere pedes.

(Paul.) Talipedare est vacillare pedibus et quasi talis insistere.

<Tam>modo antiqui ponebant <promodo>. Accius in <Armorum Iudicio> (163 *) : <tammodo He>ctor lux Dardaniae ** in tenebris **

(Paul.) Tammodo antiqui dicebant pro modo.

Tallam alii folliculum cepae ** *Talam* Cornificius posuit ** unde et *Talassus* (-ssio ?).

(Paul.) Talia folliculum cepae.

Taurium aes appellant quod in ludos Taurios consumitur.

<Tarmes (-us ?) > **

(Paul.) Tarmes genus vermiculi carnem exedens.

(Gloss. Leid. 67 E = Abol.) Tarmus :

vermis in carne, Tereido : vermis in ligno.

Tamperon (?) soliti sunt ap<pellare Graeci> genus scribendi deor<sum> versus, ut nuno> dextrosum scribimus.

(Paul.) Taenpoton appellarunt Graeci genus scribendi deorsum versus, ut nunc dextrosum scribimus.

Tame (?) ** in carmine positum est <pro tam (?) > **

<Tarta>rino cum dixit Ennius (Ann. 521) ** <horrendo et terribili>. Verrius vult accipi a Tar<taro qui est> locus apud inferos <tenebris confusus, ubi impiorum animae detruduntur>.

(Paul.) Tartarino horrendo et terribili.

(Gloss. Abol. TA 9) Tartarus : locus apud inferos tenebris confusus, ubi impiorum animae detruduntur.

Tutum (tantum ?) frequenter dicitur maxime **. Varro in Europa :

** <tutum> sub sede fuissent.

<LIB. XX INCIPIT.>

Tam <significationem ha>bet cum ponimus <propositivam quan>dam cui subiungimus <quam, aut cum dicimus tam egregium opus tam parvo> pretio venisse, id est sic, ita ; ut apud Graecos quoque

TAMMODO. <nunc idem> in ten. <situs> **Buecheler.**

TALLAM. Hinc Gloss. Philox. TA 44 Talla : κρομμύου λέπυρον.

TALASSUS. Cf. supra, s. v. Talassionem (478, 35). De Hymenaeo (ab eo quod est ὑμήν) et Thalassione cf. Serv. Aen. 1, 651.

TAURIUM AES Cf. supra, s. v. Taurii Ludi (478, 22). Haec si in exteriori paginae columella erant in codice, continua in apographis scriptura fallax est. Puta : Tau. aes app. .. (17 litt.).. ludos Taur. cons.

TARMUS. Gloss.] Cf. Gloss. Ansil. (= Abol.) TU 224, TE 436 Tarmus : vermis in carne, Tereido : vermis in ligno. Hucine revocand. Gloss. Philox. TI 6 Tilans : πέρνης σκώληξ ; Isid. Etym. 12, 5, 18 Tereido in ligno, tarmus in lardo ?

TAMPERON. Θαιρηδόν **Mercklin** Ταυνηδόν **Mesk** (Phil. Woch. 43, 144).

TAME. carm.] scil. Saliari ? (Cf. supra, s. v. Tanne (492, 18 eo usque), ubi duo interpretes carminis Saliaris citantur, Aelius Stilo et Opillus Aurelius.

TARTARINO. horr.] vix formidoloso. Hinc enim Gloss. AA (= Abol.) Tartarinum : terribilem, formidolosum. Cf. Varr. L. L. 7, 37 : « Corpore Tartarino prognata Paluda virago » Tartarino dictum a Tartaro. Vide Norden (Enn. u. Verg. 10).

οὐτως ἀγαθόν. Item ex contrario ei dicimus : Quam malus (bonus) Homerus tam bonus (malus) Choerilus poeta est. At antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut Naeuius (com. 180) :

quid si taceat ? dum videat, tam sciat quid scriptum sit ;

Ennius (trag. 329) :

ille meae tam potis pacis potiri ;

Titinius (156) :

bene cum facimus, tam male subimus (sapimus), ut quidem perhibent viri ; item (157) :

quamquam estis nihili, tam ecaster simul vobis consului.

(Paul.) Tam significationem habet propositivam, cui subiungamus quam ut : Tam bonus Choerilus quam malus Homerus. Tam etiam pro tamen usi sunt.

Tandem cum significat aliquando, interdum tamen ex supervacuo ponitur, ut apud Terentium in Phormione cum ait (231) : itane tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo ?

Non enim hic tempus ullum significat. At Cicero etiam duplicat temporalem significationem cum ait (Cat. 2,1) « tandem aliquando ».

(Paul.) Tandem cum significet aliquando, interdum tamen pro supervacuo ponitur, ut ait Terentius « itane tandem uxorem duxit ? » Cicero etiam duplicat temporalem

significationem cum ait « tandem aliquando ».

« *Tauri verbenaeque* » in Commentario Sacerorum significat ficta farinacea.

Tama dicitur cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem facit. Lucilius (1195) :

ingenue ne existat, papulae, tama, ne boa noxat.

(Paul.) Tama dicitur cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem facit. Lucretius « ingenue ne existat, papulae, tama, ne boa noxat ».

Taenias Graecam vocem sic interpretatur Verrius ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno (7) :

sepulchrum plenum taeniarum, ita ut solet,

et alias (275) :

dum taeniam qui volnus vinciret petit ;

Ennius in Alexandro (33) :

volans de caelo cum corona et taeniis ;

Accius in Neoptolemo (472) :

decorare est satius quam verbenae et taeniis.

Taedulum antiqui interdum pro fastidioso, interdum quod omnibus taedio esset ponere soliti sunt.

(Paul.) Taedulum, fastidiosum, sive quod omnibus est taedium.

Tatium occisum ait Lavini ab amicis eorum legatorum quos interfecerant Titini la-

TANDEM. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) TA 168-9. Tandem : tamen, Tandem : aliquando ?

TAMA. Hunc ipsum, neque alium locum Festinum refinxit, ni fallor, Gloss. Abol. (praef. p. 94). T[r]ama : tumor <in> crure et duritia et intentio nervorum ex lassitudine. Cf. supra, s. v. Flemina (79,14 dicuntur cum ex labore viae sanguis defluit circa talos) ; s. v. Bova (27,28 Crurum quoque tumor viae labore collectus bova appellatur).

TAENIAS. Ex alio loco Festino Gloss. Abol. TE 22 Taenias : vittae sacerdotum ; apud Praenestinos flagra. Aut hinc aut illinc Gloss. Cyrill. (= Philox.) Taenia : παρὰ τοῦ ἀρχαίου καλεῖται fascia.

TAEDULUM. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 13, 54).

TATIUM. ait] scil. Verrius. Aven.] An -tinensi (ut supra, 164,2) ? Sed cf. Heraeus (Philol. 59, 431). Cf. Varr. L. L. 5, 152.

trones, sea sepultum in Aventiniensi laureto. Quod ad significationem verborum non magis pertinet quam plurima alia et praeterita iam et deinceps quae referuntur.

Taurorum specie simulacra fluminum, id est cum cornibus, formantur quod sunt atrocitas ut tauri.

Talionis mentionem fieri in XII (8,2) ait Verrius hoc modo, « si membrum rapsit (rup-), ni cum eo pacit, talio esto ». Neque id quid significet indicat, puto quia notum est ; permittit enim lex parem vindictam.

Tarquitas scalas, quas Tarquinius Superbus fecerit, abominandi eius nominis gratia ita appellatas esse ait volgo existimari.

Tarpeiae effigiem esse <et> ita appellari putant quidam in aede Iovis Metellinae, eius videlicet in memoriam virginis quae, pacta a Sabinis hostibus ea quae in sinistris manibus haberent ut sibi darent, intro miserit eos cum rege Tatius ; qui postea in pace facienda caverit a Romulo ut ea Sabinis semper pateret.

« *Tam perit quam extrema faba* » in proverbio est quod ea plerumque aut proteritur aut decerpitur a praetereuntibus.

Tappulam legem convivalem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit Lucilius hoc modo (1307) :

Tappulam rident legem, conterunt Opimi.

(Paul.) Tappula dicta est lex quaedam de conviviis.

Termonem Ennius Graeca consuetudine dixit quem nos nunc terminum, hoc modo (Ann. 479) :

ingenti vadit cursu qua redditus termino est,

et (Ann. 480) :

hortatore bono prius quam iam finibus termino.

(Paul.) Termonem Ennius terminum dixit.

Trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quintus dictator, cum per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset. Id significare ait Cincius in Μουστρογυκων lib. II (11) duas libras pondo et trientem ; qua consuetudine hodieque utimur cum lignum *bes alterum* dicimus, id est pedem et besem latitudinis habens, et *sestertium*, id est duos asses et semissem tertium. Item si tres asses sunt et quartus quadrans.

Tersum diem pro sereno dictum ab antiquis nec se habere rei auctorem ait.

(Paul.) Tersum diem serenum.

< *Teres* in longitu > dine rotundatum quales < sunt columnae vel quos > asseres natura minist<rat> **

TALIONIS. pacit] cf. Gloss. Ansil. PA 440 Pacit : pactum fecerit. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) TA 112 Talio : similis vindieta, ut taliter quis patiatur ut fecit.

TARPEIAE. esse eff. vel eff. (om. esse) codd. Metell.] scil. porticus. Cf. supra, s. v. Saxum Tarpeium (464,4).

TAPPULAM LEGEM. Opimi] i. e. -mii. Cf. Marx ad loc. cit.

TERMONEM. Cf. Varr. L. L. 5, 21.: In Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium (p. 262, R.) non terminus sed termen hoc, Graeci quod τέμνον ; pote vel illinc ; Evander enim, qui venit in Palatium, e Graecia Arcas.

TRIENTEM TERTIUM. Cf. Liv. 6,29.

SESTERTIUM. Cf. supra, s. v. 452, 36.

TERSUM DIEM. vel nec se ha<bere rei auctorem ait>.

TERES. Addidi ex gl. Ansil. TE 457 Teres enim aliquid rotundum cum proceritate ut columna. Quae tamen potest Glossarii Abstrusa esse non Abolita, et ex scholio Vergiliano non ex Festo sumpta.

(Paul.) Teres rotundus in longitudine.

Terpsicore nomen Musae ** <quae> deos hominesque delectat.

Tertium quartum differre ** ait a tertio quarto [quintus] ** quod quid factum sit significat **

<*Termentum*> pro eo quod nunc dicitur detri<mentum *usurpat*> Plautus in *Bacchidibus* (929) :

<non pedibus termento fuit>.

(Paul.) Termentum apud Plautum detrimentum.

Teretina t<r>ibus a flumine <Terede dicta exi>stima[n]tur, et syllaba ei<us *tertia* mu>tata, et pro Terede ' Ter<ete> facto'.

Tripudium ** <au>spiciis in exultatione ** tripudia[t], < ut ' terri-puvia ', > a terra pavienda sunt di<cta> ** nam pavire e<s>t ferire ** a quo et pavimenta ** Id ex Graeco quod illi πατεω ** quod nos ferire ** <pri>mum in castis usur<patum est> **

Templi figura ** <in diffinitione> augurii.

<*Tempestatem* pro tempore frequenter> antiqui dicebant. <*Intempesta* nox in<tempesta> **

(Paul.) Tempestatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui.

Tempesta tempesta

<*Tinia* (?)> **

(Paul.) Tinia vasa vinaria.

Tensam ait vocari Sennius Capito vehiculum quo exuviae deorum ludicris Circensibus in Circum ad pulvinar vehuntur. Fuit et ex ebore, ut apud Titinium in Barbato (13 a) ** et ex argento.

(Paul.) Tensa vehiculum argenteum quo exuviae deorum ludis Circensibus in Circum ad pulvinar vehuntur.

Temerare violare ** et contaminare, dictum videlicet ** <a teme>ritate.

(Paul.) Temerare violare sacra et contaminare, dictum videlicet a temeritate.

Temetum vinum. Plautus in *Aulularia* (354) :

TERPSICHORE. Hincine Gloss. Abba (= Abol.) Terpsichore : Μυσα quinta ?

TERTIUM. Supple, si libet : significat illud, hoc quando quid>.

TERMENTUM. Aliena est gl. Abstr. (ex scholio Vergiliano sumpta?) TE 52. Terimentum : nutrimentum (scil. flammae).

TERETINA. Teretinatibus a fl. Te. dicti exist. et syll. eius tert. mut. et pro Terete Teram scribi debuisse Itali.

TRIPUDIUM. Cf. supra, s. v. Puls (284, 23 potissimum datur pullis in auspiciis quia ex ea necesse est aliquid decidere quod tripudium faciat, id est ' terri-puvium ' ; pavire enim ferire est). Hincine Gloss. Philox. TR 125 Tripudiatio : χορεία ἑρπῶς περὶ τὸν βωμόν ?

TEMPESTATEM. Cf. supra, s. v. Intempesta Noctem (98, 15 dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae quam diei possint intellegi ; tempestatem enim antiqui pro tempore posuere).

TINIA. an tinas ? cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 544, 3) : Antiquissimi in conviviis utres vini primo, postea tinas ponebant — id est oris longi cum operculo — aut cupas, tertio amphoras.

TENSAM. Vix post Temerare collocand. Nolo credere versum Titinii non a Festo plene citatum esse. Lacunosa igitur erat summa pagina. Hincine Gloss. Philox. TH 5 Thensae : ἀρμα θεῶν ? Illud ' et ex arg. ' non omni suspitione caret. Potest enim e Paulo esse haustum.

TEMETUM. Hinc Gloss. Philox. (cf. Gloss. Serv. Gramm.) TE 26 Temetum : οἶνος ἀρχαῖος In fine Plautinae citationis adde <intellego>, siquidem codex hac in parte aut lacunosus erat aut lectu difficilior.

qui ? Quia temeti nihil allatum ;
 Pomponius in Decima (39) :
 non multi ** plurimi ;
 Novius in Duobus Dossennis (17) :
 sequimini ; <i> prae, mi nate ; sequere,
 temeti timor ;
 idem in Funere (36) :
 agite, exite, temulentam tollite,
 et [s]in[e] Surdo (85) :
 filias habeo temulentas ; sed eccas
 video incedere ;
 Afranius in Consobrinis (35) :
 pol magis istius temulentae, futilis.
 (Paul.) Temetum vinum ; unde temu-
 lentia et temulentus.
Tintinnire est apud Naevium hoc modo
 (com. 114) :
 tantum ibi molae crepitum faciebant,
 tintinnabant compedes ;
 et apud Afranium (392) :
 ostiari impedimenta tintinnire audio.
 (Paul.) Tintinnire et tintinnabant
 Naevius dixit pro sonitu tintin-
 nabuli.
Tributorum conlationem cum sit alia in
 capita, illud ex censu, dicit[ur] etiam quod-
 dam temerarium, ut post Urbem a
 Gallis captam conlatum est, quia pro-
 ximis XV annis census alius (?) non erat.
 Item bello Punico secundo M. Valerio
 Laevino, M. Claudio Marcello eos., cum
 et senatus et populus in aerarium quod
 habuit detulit.

Tentipellium Artorius putat esse calcia-
 mentum ferratum quo pelles extenduntur,
 indeque Afranium dixisse in Promo
 (281) :

pro manibus credo habere ego illos
 tentipellium.

Titinium autem (ait ?) Verrius existimare
 id medicamentum esse quo rugae exten-
 dantur cum dicat (173) :

tentipellium inducitur, rugae in ore
 extenduntur,

— cum ille τροπικῶς dixerit.

(Paul.) Tentipellium genus calciamenti
 ferratum quo pelles extenduntur.

Tignum non solum in aedificiis quo utuntur
 appellatur, sed etiam in vineis, ut est in
 XII (6, 7) : Tignum iunctum aedibus
 vineave et concepit (?) ne solvito.

Tela proprie dici videntur ea quae missilia
 sunt, ex Graeco videlicet translato eorum
 nomine, quoniam illi τηλόθεν missa
 dicunt quae nos eminus ; sicut *arma* ea
 quae ab humeris dependentia retinentur
 manibus, quoniam quidem non minus
 in nobis eam partem corporis *armum*
 vocari existimandum est quam <in
 pecudibus mutis> **.

(Gloss. Abol. TE 27) Tela : arma, a
 tendo (τηλόθεν ?) dicta ; nam tela
 sunt quae mittuntur, arma quae
 muniunt.

Tigillum sororium **

TINTINNIRE. Afran.] Cf. Non. 40, 13 : Afranius Vopisco « tintinnire ianitoris impedi-
 menta audio ».

TRIBUTORUM CONLATIONEM. temer.] Cf. supra, s. v. Matronis Aurum Reddittum
 (138, 27). Cf. Liv. 26, 36.

TENTIPELLIUM. Hinc Glos. Philox. TE 73 Tentipellium : φάρμακον πρὸς ῥυτίδας.

TELA. Hincine Gloss. Philox. TE 20 Telum : ἀκόντιον, τὸ μακρόθεν βαλλόμενον δῖπλον ?
 tendo] vel tenendo (sed cf. 506, 26) vel tendendo. Cf. supra, s. v. Arma (3, 24 proprie
 dicuntur ab armis, id est humeris, dependentia, ut scutum gladius pugio sica ; ut ea quibus
 procul proeliamur tela). in pec. mut. addidi (ex Isid. Etym. 11, 1, 62 : Umeri dicti quasi armi
 ad distinctionem hominis a pecudibus mutis, ut hi humeros, illi armos habere dicantur).
 Cf. Serv. Aen. 11, 644 (per armos) : abusive, nam proprie armi quadrupedum sunt.

TIGILLUM SORORIUM. Cf. supra, s. v. Sororium Tigillum (380, 5).

Hic sex folia deesse testatur apogr. Post Tig. Sor. deficiunt apographa usque ad
 Vicani.

(Paul.) *Tegillum* cucullionoulum ex scirpo factum. Plautus (Rud. 576) :

tegillum <eccillud> ; mihi <unum id> aret ; id, si vis, dabo.

(Paul.) *Tiberis* fluvius dictus a Tiberino rege Albanorum, quod in eo cecidisset. *Tybris* a Tybri rege Tuscorum.

(Gloss. AA = Abol.) *Tiberis* a Tiberino rege sic nominatus est, cum prius Albola vocaretur.

(Paul.) *Tibicines* in aedificiis dici existimantur a similitudine tibiis canentium, qui ut cantantes sustineant, ita illi aedificiorum tecta.

(Paul.) *Tippula* bestiolae genus sex pedes habentis, sed tantae levitatis ut super aquam currens non desidat. Plautus (Pers. 244) :

neque tippulae levius pondus est (-dust) quam fides lenonia.

(Paul.) *Testiculari* est iumentis maribus

feminas vel mares feminis admovere ; licet alii dicant *testilari*.

(Paul.) *Tifata* iliceta. Romae autem *Tifata Curia*. *Tifata* etiam locus iuxta Capuam.

(Paul.) *Thiasitas* sodalitas (-les ?).

(Paul.) *Tituli* milites appellantur quasi ' tutuli ' quod patriam tuerentur. Unde et *Titi* praenomen ortum est.

(Paul.) *Titiensis* tribus a praenomine Tati regis appellata esse videtur.

(Paul.) *Titia curia* quoque ab eodem rege est dicta.

(Paul.) *Tetini* pro tenui.

(Paul.) *Thraeces* gladiatores appellantur a similitudine parmularum Thraciarum.

(Paul.) *Tryga* (τρύγα) antiqui vinum appellabant ; unde *trygetus* (τρύγητος) adhuc dicitur.

(Paul.) *Tittibilicium* nullius significationis est, ut apud Graecos βλίτουρι et σπινδαφός. Plautus (Cas. 347) :

TIGILLUM, TEGILLUM. Hucine redit Gloss. Ansil. (= Abol.) TI 41-42 Tigillum : trabem, Tigillum : tegula ; sed tegula primae positionis nomen, cuius diminutivum tigillum ?

TIBERIS. Cf. supra, s. v. Albula (4, 16 Tiberis fluvius dictus est ab albo aquae colore ; Tiberis autem a Tiberi<n>o Silvio rege Albanorum, quod is in eo extinctus est). Plenius Serv. Aen. 3, 500. Cf. Varr. L. L. 5, 30 : De Tiberis nomine anceps historia ; nam et suum Etruria et Latium suum esse credit, etc.

TIBICINES. Hinc nimirum (non ex Schol. Verg.) gl. corrupta Philox. TU 9 Tibicines : in berro (muro ?) ἀντηρίδες δόκοι. (Noli igitur emendare ' in versu ' ; cf. Serv. Aen. 6, 186.)

TIPPULA. Hincine Gloss. Philox. TI 10 Timulus : ἐφουδρίς, ἐξάπουσ, ἐπινηχόμενον τῷ νότῳ ?

TIFATA CURIA. Vide supra, ad Curia Tifata (43, 13 a Curio dicta est qui eo loco domum habuerat).

TITULI. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 12, 272).

TITI. Cf. Lib. de Praen. 6 : Titus e Sabino nomine Tito (?) fluxit, Appius ab Atto eiusdem regionis praenomine.

TITIENSIS TRIBUS. Cf. Varro L. L. 5, 55 : Nominatae -ut ait Ennius -Titienses ab Tatio, Ramnenses ab Romulo, etc. Coniunge cum Lucereses Et Luceres (106, 13 quae pars tertia populi Romani est distributa a Tatio et Romulo, appellati sunt a Lucero Ardeae rege qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti).

TITIA CURIA. quo. cur. codd.

TETINI. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Tetini : tenui, habui. Cf. supra, s. v. Purime Teti-nero (300, 31 purissime tenuero).

TITTIBILICIUM. Festinane verba excerpit (et detorsit) Fulgentius (Serm. Ant. 20).

- non ego istud verbum empsi[eu]m tittivilicio.
- (Paul.) *Trabs* proprie dicitur duo ligna compacta.
- (Paul.) *Tragus* genus conchae mali saporis.
- (Paul.) *Trabica* navis, quod sit trabibus confixa. Pacuvius (405) « labitur <carina> trabica in alveos ».
- (Paul.) *Trachali* appellantur muricum ac purpurae superiores partes. Unde Arimineses maritimi homines cognomen traxerunt Trachali.
- (Paul.) *Troia* et regio Priami et lusus puerorum equestris dicitur, et locus in agro Laurente quo primum Italiae Aeneas cum suis constitit.
- (Paul.) *Trifax* telum longitudinis trium oubitorum quod catapultam mittitur. Ennius (Ann. 594) :
aut permarceret paries percussus trifaci.
- (Paul.) *Tributum* dictum quia ex privato in publicum tribuitur.
- (Paul.) *Thocum* (θῶκος ?) genus sellae habetur apud Plautum (frag. inc. 44).
- (Paul.) *Tritogenia* Minerva a ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus sit visa.
- (Paul.) *Truo* avis onocrotalus. Caecilius inridens magnitudinem nasi (270) :
pro di immortales, unde prorepsit truo ?
- (Paul.) *Trepit* (τρέπτει ?) vertit ; unde *trepido* et trepidatio, quia turbatione mens vertitur.
- (Paul.) *Triumphales coronae* sunt quae imperatori victori aureae praeferuntur ; quae temporibus antiquis propter paupertatem laureae fuerunt.
- (Paul.) *Templum* significat et aedificium deo sacratum et tignum quod in aedificio transversum ponitur.
- (Paul.) *Transtra* et tabulae navium dicuntur et tigna quae ex pariete in parietem porriguntur.
- (Paul.) *Tromentina tribus* a campo Tromento dicta.

Tittivilicium dici voluerunt fila putrida quae de telis cadunt; ut Plautus in Cassina ait « non ego hoc verbum emsim tittivilicio », id est re admodum vilissima ; nam et Marcus Cornutus in satyra sic ait « tittiviles, Flacce, do tibi » ?

TRABICA. Cf. supra, s. v. Caudicariae Naves (40, 13 ex tabulis grossioribus factae). Hinc nimirum Gloss. Abba (= Abol.) Trabica carina : tabula <ta>. Nescio an huc etiam revocand. Gloss. Ansil. (= Abol.) TR 1 Trabaria : navicula est quam in fluviis utuntur. Etiam Isid. Etym. 19, 1, 27 : Trabariae amnicae naves quae ex singulis trabibus cavantur, etc.

TRACHALI. Cf. Hesych. Τραχῆλους : τὰς πορφύρας, ἐντοὶ τοὺς σπονδύλους τῶν κογχυλίων.

TROIA. lus. puer.] Cf. Serv. ad Aen. 5, 602 : Ut ait Suetonius Tranquillus lusus ipse, quem vulgo pyrricham appellant, Troia vocatur ; cuius originem expressit in libro de puerorum lusibus. [loc.] Cf. Serv. Aen. 9, 47 (urbi) : Troiae quam fecerat Aeneas castrorum in morem.

TRITOGENIA. Cf. Serv. auct. Aen. 2, 171 (Tritonia) : a Tritone amne Boeotiae, etc. Nescio an Glossarii sit Abstrusa (ex scholio Vergiliano) an Abolita (ex Festo) gl. Ansil. TR 404 Triton : palus Africae circa quam Minervam editam Pindarus (Pyth. 4, 35) canit ; alii dicunt Boeotiae fluvium isto nomine dici.

TRUO. Hinc gl. corrupta Philox. TR 101 Tr[ib]uo : ὀνοκρόταλον.

TRIUMPHALES CORONAE. Verrii vestigia premere in coronis tractandis Gellium supra monui, s. v. Civicam Coronam (37, 20). Cf. Gell. 5, 6, 5 : Triumphales coronae sunt aureae quae imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur ; id vulgo dicitur aurum coronarium ; haec antiquitus e lauru erant, post fieri ex auro coeptae.

(Paul.) *Tragula* genus teli <ponderis vasti> dicta quod scuto infixata trahatur.

(Paul.) *Themis* deam [putabant esse] quae praeciperet hominibus id petere quod fas esset eamque id esse [existimabant] quod et fas est.

(Paul.) *Termes* ramus desectus ex arbore nec foliis repletus nec nimis glaber.

(Paul.) *Tenus* significat fine[m], ut cum dicimus *hactenus*.

(Paul.) *Trossuli* equites <Romani cum equis publicis>, dicti quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera peditum ceperint.

(Paul.) *Taciturnus* qui facile tacet; *tacitus* etiam argutus qui[a] potest aliquando tacere.

(Paul.) *Tenitae* [credebantur esse] sortium deae dictae quod tenendi haberent potestatem.

(Paul.) *Termino* sacra faciebant quod in

eius tutela fines agrorum esse<nt> [putabant]. Denique Numa Pompilius (16) statuit eum qui terminum exarasset et ipsum et boves sacros esse.

Terminus quo loco colebatur super eum foramen patebat in tecto quod nefas esse<t> [putarent] Terminum intra tectum consistere.

II. EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

? (Gloss. Ansil. TA 178) *Tantalus avis* est quam quidam ardeam nominant.

(Gloss. Fest.) *Taurus* dicitur locus inter inguina et podicem medius.

(Gloss. Abol. TE 41) *Tegellaria*: malefica (vel venef-), quod supra tegulas sacrificiet.

(Gloss. Abol. TE 23) *Tegitacula* (-get-); tectorium iunctum (-neo) tectum (text-).

? (Gloss. Abol. TE 47) *Tergiversator* dicitur quod animum quasi tergum versat huc et illuc, ut non facile intellegatur.

TRAGULA. inf.] scil. ab hoste. Hinc nimirum Gloss. Abol. TRI 5 *Tragula* est telum ponderis vasti. Aliter Varro L. L. 5, 115: *Tragula* a traiciendo. Vide supra ad *Rumex* (332,3). Et nosce differentiam: *Spara* parvissimi generis iacula, etc., *Tragula* genus teli ponderis vasti, etc.

TERMES. Vix audeo huc revocare Gloss. Abol. TE 4 *Termes*: oleaster. Nam gl. Philox. TE 92, quia tota Latina est, Horatiana potius est, ex adnotatione marginali in *Epod.* 16, 45 sumpta.

TENUS. Cf. supra, s. v. *Quatenus* (312, 26 significat qua fine, ut *hactenus* hac fine). Aliena est gl. Corp. T 83 *Tenus*: extrema pars arcus. Est enim Gloss. xrii *Abstrusa* et ex schol. Verg. (*Aen.* 6, 62) provenit.

TROSSULI. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) *Trossuli*: equites Romani cum equis publicis. Cf. Junius Gracchanus ap. Plin. N. H. 33, 36: Quod ad equestrem ordinem attinet, antea *trossulos* vocabant, nunc equites vocant ideo quia non intellegunt *trossulos* nomen quid valeat, multosque pudet eo nomine appellari. *trossuli*, cum oppidum in Tuscis citra *Vulsinius* p. VIII millia sine ullo peditum adiumento cepissent. Cf. supra, s. v. *Celeres* (48,2).

TANTALUS. Cf. Isid. Etym. 12, 7, 21: *Ardea* .. hanc multi *tantalum* nominant. Vide ea quae scripsi ad Gloss. Corp. interp. 325.

TAURUS. Cf. supra, s. v. *Solitaurilia* (372, 33 *tauri*, quae pars scilicet caeditur in castratione).

TERGIVERSATOR. Cf. Isid. Etym. 10, 271: *Tergiversator*, quod animum quasi tergum vertat huc et illuc nec facile qualis sit intellegitur.

(Gloss. Abol. TE 26) *Tesserarius* : praepositus cursorum qui bellum (vel bella) nuntiat (vel nuntiant).

? (Gloss. Abol. TE 17) *Testudo* : ordo militum scutis artificialiter testus ; aliter genus reptilis testu contextae.

(Gloss. Philox. TI 25) *Titia* : κρέα νηπίων, δ λέγουσι ζιζει.

(Gloss. AA) *Titensis clangor* : sonitus cum tumultu. (?)

(Gloss. Philox. TO 14) *Toluberna* (?) : ad-secula, παράσιτος εὐτράπελος.

(Gloss. Abol. TO 18) *Tongiliatim loqui* : pravis verbis ; a Tongilio parasito qui hoc invenerat risus aucupium ut salutanti convicium responderet, male dicentem blandissime salutaret.

(Gloss. Philox. TO 15) *Torarius* : ὠλενοτρόφος.

(Gloss. Philox. TR 156) *Torunda* : κολλύρα, ἐκκόλλουρα.

(Gloss. Abol. TRO 9) *Trabea* : vestis senatoria ex purpura et cocco, unde *trabeatus* dicitur qui ea utitur ; dicta autem trabea quod in maiori gloria hominem transbeat (-beat), hoc est in posterum ampliori dignitate et honore beatum faci[a]t.

? (Gloss. Abol. TRI 4) *Tramites* : viae incertae ; a transmeando.

(Gloss. Philox. TE 40) *Transenna* : δσπληξ, ἀπαλλαγή, μαπαρίου σημεῖον.

(Gloss. Abol. TRI 18) *Trassennam* dicit tegulas per quas lumen admittitur *Luce<ilius>* ; a transeundo appellatas.

(Gloss. Abba ; Gloss. AA) *Triarii* : portitores signorum, qui tertio loco constituuntur in exercitu.

(Schol. Isid.) *Tribuni plebis* vocati quia eos sibi, dum a senatu et populo premeretur (-mitur ?), ob defensionem sui plebs creavit.

(Gloss. Abol. TRI 14) *Trimastigia* : triverbero.

(Gloss. Philox. TR 90) *Trepallus* : Πρίαπος.

(Gloss. Ansil. TR 428) *Trochlae* vocatae quod rotulas habeant per quas funes trahuntur ; τροχός enim Graece rota dicitur

(Gloss. Abol. TRO 6) *Trochus* : rotae genus ad lusum.

? (Gloss. Abol. TU 1) *Turpisculum* (-pic- ?) : turpe diminutive.

(Gloss. Abol. TU 26) *Turturilla* : ita dictus locus in quo corruptelae fiebant quod ibi *turturi* opera daretur, id est peni.

TESSERARIUS. Vide Thomson (Class. Rev. 38, 14).

TITIENSIS CLANGOR. Mira sane et perdubia glossa, de qua disputavi alibi (Class. Quart. 11, 197).

TORARIUS. Cf. Goetz ad Plaut. Mil. 696 (succenset toraria).

TRABEA. Cf. Isid. Etym. 19, 24, 8. : Trabea erat togae species ex purpura et cocco qua operti Romanorum reges initio procedebant ; hanc primum Romulus adinvenisse perhibetur ad discretionem regii habitus ; trabea autem dicta quod in maiori gloria hominem transbeat, hoc est ultra et in posterum ampliori dignitate honoris beatum faceret.

TRAMITES. Cf. Varr. L. L. 7, 62 : In Parasito Pigro « domum ire coepi tramiti dextra via » ; trames a transversó dictus.

TREPALLUS. i. e. Triphallus.

TROCHLIAE. Cf. Isid. Etym. 19, 2, 9-10 : Carchesia sunt a cacumine arboris (i. e. mali navis) trochleae... ; trochleae autem vocatae quod rotulas habeant ; τροχός enim Graece rota dicitur.

TURTURILLA. Cf. supra in parte II P-capituli, s. v. Purpurilla. Cf. Buecheler (Arch. Lat. Lexik. 2, 117) ; Heraeus (ibid. 12, 265).

U. V.

I. EX PAULO ; EX FESTI APOGRAPHIS.

(Paul.) *Vicinia* vic[ini]orum conversatio.

(Paul.) *Vesperna* apud Plautum (frag. inc. 45) cena intellegitur.

(Paul.) *Vesticeps* puer qui iam vestitus est pubertate ; econtra *investis* qui necdum pubertate vestitus est.

(Paul.) *Veia* apud Oscos dicebatur plastrum ; inde *veiari* stipites in plastro et vectura *veiatura*.

(Paul.) *Urbanas tribus* appellabant in quas Urbs erat dispartita a Servio Tullio rege : id est *Suburana*, *Palatina*, *Aesquilina*, *Collina*.

(Paul.) *Vestis* generaliter dicitur, ut stragula forensis muliebris ; *vestimentum* pars aliqua, ut pallium tunica paenula.

(Paul.) *Vescus* fastidiosus. *Ve* enim pro pusillo utebantur. Lucretius vescum dixit edacem cum ait (1, 321) : Nec mare quae independent vesco sale saxa peresa. *Vescor* pascor.

VICINIA. Cf. Isid. Etym. 15, 2, 22 : Vicus ipsae habitationes urbis sunt ; unde et vicini dicti.

VESPERNA. Cf. supra, s. v. Scensas (456, 11 Sabini dicebant quas nunc cenas ; quae autem nunc prandia cenas habebant, et pro cenis vespernas) ; Cena (47, 8 Cena apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium, vespurna quam nunc cenam appellamus). Festum adhibitum esse credo ab Isidoro (Etym. 20, 2, 14) : Est autem cena vespertinum cibum, quam vespurnam antiqui dicebant ; in usu enim non erant prandia.

VESTICEPS. Ad hoc vocabulum antiqui iuris spectasse antiquitatis amantem Vergilium (Aen. 8, 659 ; 6, 445) crediderunt commentatores. Ad scholium Vergilianum (Donati ?) redit gl. Abstrusa VE 49 Vesticeps : pubescens.

INVESTIS. Hinc Gloss. Philox. (cum Cyrill.) IN 723 Investis : impubes, ἀφθορος. Ps. -Placidus in scriptore antiquo invenit accus. casum 'investem' cum adnotatione marginali 'impubem, sine barba'. Cum eius interpretationes, quarum fons ultimus glossographorum vetustorum doctrina erat, saepe ad Festum (i. e. Verrium) quadrent, licet suspicari in I-capitulo quoque fuisse hanc vocem tractatam. Aliud vocis etymon praebet (e suo ?) Nonius (45, 27 : Sed melius intellegi potest investes appellatos quasi 'in Vesta', id est in pudicitia et castitate), rursus aliud Isidorus (Etym. 10, 152).

VEIA. Sunt qui credant sic emendandam esse corruptelam in codicibus recentioribus (nam Florentinus deest) Varr. L. L. 5, 140 : † brevi † est vehiculum dictum ; est aliis † vel † arcera. Sunt qui credant Paulum I pro L scripsisse conferantque Varr. R. R. 1, 2, 14 : Rustici etiam nunc quoque viam veham appellant propter vecturas et vellam non villam, quo vehunt et unde vehunt ; item dicuntur qui vecturis vivunt velaturam facere ; L. L. 5, 44 : Velabrum a vehendo ; velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt.

URBANAS TRIBUS. Cf. Varro L. L. 5, 56 : Ab hoc (scil. Servio Tullio) quattuor quoque partes Urbis tribus dictae ab locis, Suburana Palatina Esquilina Collina, quinta — quod sub Roma — Romilia ; sic reliquae triginta ab his rebus quibus in Tribum libro scripsi.

SUBURANA. Cf. supra, s. v. (390, 31) ; s. v. Suburam (402, 5).

VESCUS. Hinc Gloss. Cyrill. (= Philox.) Vescus : δλιγούσιτος, δλιγοδεής ; Gloss. AA (= Abol.) Vescus : non appetens cibos. Cf. Gell. 16, 5, 5-10 : Quod Sulpicium autem Apollinarem meminisse dicere, virum eleganti scientia ornatum, huiusmodi est : Ve particula, sicuti quaedam alia, tum intentionem significat, tum minutionem ; nam vetus et vehemens.. vescum autem, quod ex ve particula et esca copulatum est, utriusque diversae significationis vim capit ; aliter enim Lucretius vescum salem dicit ex edendi intentione, aliter

(Paul.) *Vesperugo* Vesper stella. Plautus (Amph. 275) :

nec *Vesperugo* nec *Vergiliae* occidunt.

(Paul.) [*Vespa* et] *vespillones* dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt non a minutis illis volueribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt qui fue-nebri pompa duci propter inopiam ne-queunt. Hi etiam *vespulae* vocantur. Mar-tialis (1, 30, 1) :

qui fuerat medicus nunc est vispillo
Diaulus.

(Paul.) *Vespices* (?) frutecta densa dicta a similitudine vestis (!).

(Paul.) *Velati* appellabantur vestiti et iner-mes qui exercitum sequebantur quique

in mortuorum militum loco substituebantur. Ipsi sunt et *ferentarii* qui fundis ac lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur. Cato eos ferentarios dixit qui tela ac potiones militibus proelian-tibus ministrabant.

(Paul.) *Velitatio* dicta est ultro citroque probrorum obiectatio, ab exemplo veli-taris pugnae. Plautus (Men. 778) :

nescio quid <vos> velitati estis inter
vos <duo>.

(Paul.) *Veternosus* dicitur qui gravi premi-tur somno. Cato *veternosum* hydropi-cum intellegi voluit cum ait (inc. 5) :
Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit.

(Paul.) *Veteratores* callidi dicti a multa

Lucilius (602) *vescum* appellat cum edendi fastidio.. vestibula appellata sunt. Quae verba ad Verrium aliquatenus saltem redire videntur ; fortasse etiam verba Servii auct. Geo. 3, 175 (*vescas* salicum frondes) : *Vescas* teneras et exiles, nam *vescum* apud antiquos signifi-cabat macrum et quasi quod escam non reciperet ; Afranius in Sororibus « an puer est ves-cus, inbecillus viribus » ; sed vide ne *vescas* appetibiles dixerit ; Lucretius certe pro edace posuit, ut « *vesco* sale saxa peresa ». Cf. infra, s. v. *Vesculi* (519, 21).

VESPERUGO. Hinc Gloss. Philox. VE 147 *Vesperugo* : « Ἐσπερος. Cf. Varr. L. L. 6,6 : Cum stella prima exorta — eum Graeci vocant Ἐσπερον, nostri *Vesperuginem* ut Plautus « neque *Vesperugo* neque *Vergiliae* occidunt » — id tempus dictum a Graecis ἑσπέρας, Latine *vesper* ; 7, 50 : Apud Plautum « neque *Iugula* neque *Vesperugo* neque *Vergiliae* occidunt ».. *Vesperugo* stella quae vespere oritur, a quo eam Opillus scribit *Vesperum* ; itaque dicitur « alterum *Vesper* adest », quem Graeci dicunt ἑσπέρειον. Cf. supra, s. v. *Iugula* (92, 16) ; infra, s. v. *Vergiliae* (510, 15).

VESPILLONES. An *Vesperones* et ? Cf. Serv. auct. Aen. 11, 143 : Qui funeri praeerant a *vespera* primum ' *vesperones* ', deinde *vespillones* dicti videntur. Hinc Gloss. Philox. BI 57 *Vispillones* : νεκροθάπται κοπιᾶται ? Ad scholium Vergilianum redire videtur Gloss. Abstr. VE 58 *Vespillo* : sepulchrorum violator. Cf. Fulg. Sermon. 2. || hi etiam] scil. minuti volucres *vespae* ? || Mart.] Miror esse qui negent Martialem a Festo citari potuisse. Cf. Thomson (Class. Quart. 22, 24), et vide supra ad *Bardum* (31,4).

VELATI. Vide supra, ad *Adscripticii* (13, 23 qui supplendis legionibus adscribebantur ; hos et accensos dicebant .. quidam *velatos* quia vestiti inermes sequerentur exercitum ; nonnulli *ferentarios* quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent quae in hostes iacerent ; alii *rorarios*, etc.).

FERENTARII. Cf. supra, s. v. (75, 14 *auxiliares* in bello, a ferendo auxilio dicti vel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur non tenentur, ita appellati) ; (83, 2 *levis armaturae* pugnatōres).

VELITATIO. Cf. supra, s. v. Sub *Vitem Hastas* *Iacere* (404, 35 dicitur *veles*, etc.) ; s. v. *Advelitatio* (vel *Ad Velitationem*) (26,11).

VETERATORES. Gann.] nimirum orator antiquus. Nam orationes Catonis, Gracchi, etc. huic capituli particulae materiem praebent.

rerum agendarum vetustate. Gannius (Canianus ?) : Mulieri non astutae facile veterator persuasit.

(Paul.) *Veterinam bestiam* iumentum Cato appellavit a vehendo. Opillus veterinam dici vult [quasi 've<n>terinam'] velut 'uterinam', quod ad ventrem onus reliatum gerat.

(Paul.) *Vitulans* laetans gaudio, ut partu. Ennius (trag. 339) :
is habet coronam vitulans victoria.

(Paul.) *Viduertas* calamitas, dicta quod viduet bonis.

(Paul.) *Vitiligo* in corpore hominis macula alba quam Graeci ἀλφόν vocant, a quo nos album, <et ψάρον>; sive a vitio dicta — etiamsi non laedit — sive a vitulo, propter eius membranae candorem qua nascitur involutus. Lucilius (1185) :
haec odiosa mihi vitiligo est. Num dolet ? inquit.

(Paul.) *Vel* conligatio quidem est disiunctiva, sed non earum rerum quae natura disiuncta sunt, in quibus aut coniunctione rectius utimur, ut « aut dies est aut nox » ; sed earum quae non sunt contra, e quibus quae eligatur nihil interest, ut Ennius (var. 4) :

vel tu dictator vel equorum equitumque magister
esto vel consul.

(Paul.) *Vibices* plagae verberum in corpore humano, dictae quod vi fiunt.

(Paul.) *Vibracae* pili in naribus hominum, dicti quod [h]is evulsis caput vibratur.

(Paul.) *Vibrissare* est vocem in cantando crispare. Titinius (170) « si erit tibi cantandum, facito usque exvibrisses ».

<Vicani> ** cipiunt ex agris qui ibi villas non habent, ut Marsi aut Peligni. Sed ex vicis partim habent rempublicam et ius dicitur, partim nihil eorum et tamen ibi nundinae aguntur negoti gerendi

VETERINAM BESTIAM. Hinc Gloss. Philox. VI 162 Veterina besvia : ὑποζύγιον.

VITULANS. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Vitulans : lascivus, gaudens, cum exultatione laetans ? Cf. Varr. L. L. 7, 107 : In Clastidio (trag. praet. fr.1) vitulantes, a Vitula ; Rer. Div. XV (ap. Macr. 3, 2, 11) : Pontifex in sacris quibusdam vitulari solet, quod Graeci παλαιζεν vocant ; Macr. 3, 2, 13 : Hyllus libro quem de Dis composuit ait Vitulam vocari deam quae laetitiae praeest ; Piso ait vitulam victoriam nominari, etc. || ut partu] scil. quasi vitulans ! Vide ne Paulo sit haec stultitia imputanda.

VIDUERTAS. Cf. Cato R.R. 141 : Sic dicito : Mars pater, te precor quaesoque.. uti tu morbos visos invisosque viduertatem vastitudinemque calamitates intemperiasque prohibeas defendas averuncesque. Cf. supra, s. v. Pesestas (230, 26).

VITILIGO. Hinc Gloss. Philox. VI 126 Vitiligo : ἀλφός, ἀλωπηρία ; Gloss. Abol. VI 39 Vitiligo : macula alba in corpore ; ἀλφόν Graeci et ψάρον vocant. Cf. Jacobsohn (Herm. 45, 217).

ALBUM. Cf. supra, s. v. (4, 8 quod nos dicimus, a Graeco quod est ἀλφόν est appellatum) ; 28, 14.

VIBICES. Hincine Gloss. Abol. VI 32 Vibices : plagae in corpore sine sanguine ; Gloss. Philox. VI 146 Vibices : μώλωπες ἀπὸ πληγῶν ? Cf. Varr. L. L. 7, 63 : In Fugitivis « age age specta, vide vibices quantas. Iam inspexi ; quid est ? » vibices a vi, excitatum verberibus corpus.

VIBRACAE. Hinc Gloss. Philox. : VI 9 Vibracae : τρίχες ῥινόες.

VIBRISSARE. Hucine revocand. Gloss. Serv. Gramm. (=Philox.) Vibrissa : σεισπορυγίς (nimirum avium genus) ?

VICANI. Iterum incipiunt apographa.

causa et magistri vici, item magistri pagi quotannis fiunt. Altero, cum id genus aedificiorum definitur quae continentia sunt [h]is oppidis quae ** itineribus regionibusque distributa inter se distant nominibusque dissimilibus discriminis causa sunt dispartita. Tertio, cum id genus aedificiorum definitur quae in oppido privi in suo quisque loco proprio ita aedificantur ut in eo aedificio pervium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeant accessum. Qui non dicuntur vicani sicut [h]i qui aut in oppidi vicis aut [h]i qui in agris sunt vicani appellantur. *Viget* dictum videtur a vi agendo; sed non in agendis <hostilibus rebus>, verum [h]is quae celebrantur et concitato animo ad bonam frugem tendunt. **

(Paul.) *Viget* dictum a vi agendo; sed non in agendis hostilibus rebus, verum his quae concitato animo ad bonum tendunt.

Voisgram (?) avem quae se vellit augures ** eandem fucillanem (?) appellant **.

« *Viginti quinque poenae* » in XII (8,4) significat viginti quinque asses.

Victimam Aelius Stilo esse ait vitulum ob eius vigorem. Alii aut quae vineta adducatur ad altare, aut quae ob hostis victos immoletur.

Vectigal aes appellatur quod ob tributum.

tum et stipendium et aes equestre et hordiarium populo debetur.

Viae sunt et publicae per quas iter faceretur omnibus licet, et privatae quibus neminem uti concessum est praeter eorum quorum sunt. Et ita privatae VIII pedes in latitudine fure et lege, publicae quantum ratio utilitatis permittit. Lex iubet XVI in anfractu flexuque pedes esse vias ut (?) qui (?) .. (10 litt. ?).. (XII Tab. 7, 7) « vias muniunt .. (15 litt. ?) .. o ni sam dilapidassunt .. (12 litt. ?).. qua volet iumento agito ».

Viatores appellantur qui magistratibus apparent eo quia initio, omnium tribuum cum agri in propinquo erant Urbis atque adsidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in via quam Urbe, quod ex agris plerumque homines evocabantur a magistratibus.

(Paul.) *Viatores* appellabantur qui magistratibus parebant eo quod plerumque ex agris homines evocabantur a magistratibus et frequens eorum erat ab agris ad Urbem via.

Verticulas Ateius eandem esse atque articulos dixit. <Quod confirmat> cum ait Lucilius (161) :

<haeret verticulis adfixum in posteriore

parte atque articulis; nam ut nobis talus genusque est>

VICIS. Cf. Zeller (Arch. lat. Lex. 14, 301).

VIGINTI QUINQUE POENAE. Cf. Gell. 20, 1, 12 : Ita (scil. in XII) de iniuria poenienda scriptum est « si iniuriam alteri faxsit, viginti quinque aeris poenae sunt », etc.

VICTIMA. Hincine Gloss. Philox. VI 21 Victimae : τὰ μέγιστα θύματα; Isid. Etym. 6, 19, 34 : Erant victimae maiora sacrificia quam hostiae; victimam dictam putaverunt quia ioto percussa cadebat, vel quia vineta ad aras ducebatur ?

VIAE. Cf. Digest. VIII iii 8 : Viae latitudo ex lege Duodecim Tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum — id est ubi flexum est — sedecim; Cic. Caec. 54 : Si via sit immunita, iubet qua velit agere iumentum.

VERTICULAS, VERTEBRAS. Hincine Gloss. (cum Serv. Gramm.) Philox. VE 127-8 Verticula : σφόνδυλος, Vertebrae : σφόνδυλοι, περόναι ? Vel etiam Gloss. Ansil. (= Abol.) VE 408-9 Vertibula, vertibella : cardines ? Et Gloss. Philox. VE 98 Vermiculi : βάλανοι ἐπὶ τοῦ κλειθροῦ καὶ ὀβελοῖς ?

** ita appellavit **

(Paul.) Verticulas Lucilius cum dixit articulos intellegi voluit.

Vertebras **

(Paul.) *Volae vestigium* medii pedis concavum ; sed et palma manus vola dicitur, <unde involare>.

(Paul.) *Volones* dicti sunt milites qui post Cannensem cladem usque ad octo milia cum essent servi, voluntarie se ad militiam optulere.

(Paul.) *Versuti* dicuntur quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur.

Vernae qui in villis vere nati, quod tempus duce natura feturae est, et (ut ?) tunc rem divinam instituerit Marti Numa Pompilius pacis concordiae obtinendae gratia inter Sabinos Romanosque « ut vernae viverent, ne vincerent ». Romanos enim vernas appellabant, id est ibidem natos, quos vincere perniciosum arbitrium Sabinis, qui coniuncti erant cum populo Romano.

(Paul.) Vernae appellantur ex ancillis civium Romanorum vere nati, quod tempus anni maxime naturalis feturae est.

Virgiliae dictae quod earum ortu ver finitur et aestas incipit **

(Paul.) *Virgiliae* dictae quod earum ortu ver finem facit.

(Paul.) *Viritanus ager* dicitur qui viritim populo distribuitur.

(Paul.) *Verruncent* vertant. Pacuvius (112) : di monerint meliora atque amentiam averruncassent tuam, id est avertissent. <*Averrunco* avertō>.

<*Vastum*> ** vexatum. Accius (668) : iam hanc urbem ferro vastam faciet Peleus,

et Pacuvius (314) :

squales scabresque inculta vastitudine.

(Paul.) *Vastum* praemagnum ; ponitur tamen et pro inani. Accius

« hanc urbem ferro vastam faciet » ; unde *vastitas* et *vastitudo*.

« *Vae victis* » in proverbium venisse existimatur cum Roma capta Senonibus Gallis aurum ex conventionem et pacto adpen<deretur> ut recederent. Quod iniquis ponderibus ex<igi> a barbaris querente Ap. Claudio Brennus rex Gallorum ad pondera adiecit gladium et dixit : *Vae victis* ! Quem postea persecutus Furius Camillus, cum insidiis circumventum concideret, et quereretur contra foedus fieri, eadem voce remunerasse dicitur.

Vegrande significare alii aiunt male grande,

VOLA. Hinc nimirum Gloss. (cum Serv. Gramm.) Philox. VO 32 *Vola* : θέναρ, το κοῖλον τῆς χειρός. *Vola* : κοῖλον ποδός ; Gloss. Abol. VO 6 *Vola* : pars manus cava in medio ; unde et involare (vel unde involare dicitur). Cf. supra in I-cap. parte ii. s. v. Involare.

VOLONES. Cf. Liv. 24, 14.

VERSUTI. Citavitne Festus eum Plauti versum quem citavit Serv. auct. Aen. 2, 62 (et Isid. Etym. 10, 277). Plaut. Epid. 371 « vorsutior es quam rota figularis » ?

VERNAE. ne vinc.] neu vincerentur docti. Sed ne antiquitus idem valet atque non. arb.] scil. fore.

VERRUNCENT. Hinc Gloss. Cyrill. (=Philox.) *Averrunco* : ἀποτρέπω ; Gloss. Abol. AD 14 *Averrunco* : avertit, alienat. Cf. Varr. L. L. 7, 102 : Apud Pacium « di monerint meliora atque amentiam averruncassint tuam » ; ab avertendo averruncare, ut deus qui in eis rebus praestitit *Averrunco*, itaque ab eo precari solent ut pericula avertat.

VASTUM. Hinc Gloss. Ansil. (=Abol.) VA 17-19 *Vasta* : vacua, magna, inanis ?

VEGRANDE. Cf. infra, s. v. *Vesculi* (519, 21 male curati et graciles homines ; ve enim syllabam rei parvae praeponebant, unde *Vediovem* parvum Iovem et *vegrandem* fabam minutam dicebant) ; supra, s. v. *Vescus* (506, 10).

ut vecors *vesanus* mali cordis maleque sanus. Alii parvum minutum, ut eum dicimus « *vegrande frumentum* » et Plautus in *Cistellaria* (378) :

quin is, si itura es ? nimium is *vegrandi* gradu. *Vecors* est turbati et malicordis. Pacuvius in *Iliona* (216) :

paelici superstitiosae cum vecordi coniuge,

et Novius in *Hercule Coactore* (40) :

tristimoniam ex animo deturbat et vecordiam.

(Paul.) *Vegrande* significat male grande et vecors *vesanus* mali cordis maleque sanus. Alii parvum sive minutum intellegunt, ut *vegrande frumentum*.

Vecors est turbati ac mali cordis.

« *Vapula, Papiria* », in proverbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert : tum dici solitum est cum vellent minantibus <s>ibi significare se eos negligere et non curare fretos iure libertatis. Plautus in *Feneratrice* (72) :

heus tu ! in barbaria quod fecisse dicatur

libertus suae patronae, id e<g>o dico <tibi> :

« Libertas, salve ; vapula, *Papiria* ».

In *barbaria* est in Italia. Aelius hoc loco vapula posi<tum> ** ait pro dole ; Varro pro peri, teste Terentio in *Phormione* (850) :

<vapula. Id quidem tibi iam fiet, nisi> resistis, verbero,

et Plautus in *Curculione* (566) :

reddin an non mulierem

prius quam te huic meae machaerae obicio, mastigia ?

Vapula ergo ; te vehementer iubeo ; ne me territes.

Vacerram et Aelius et alii complures vocari aiunt stipitem ..(12 litt. ?) .. ices solent religari ..(12 litt. ?).. Ateius vero Philologus ..(12 litt. ?) .. um ad male dicendum <magnae acerbitatis> ** <vecors et *vesanus*>, teste Livio qui dicit <hoc modo> (com. 6) :

<vacerra> corde et malefica vecordia- (Paul.) *Vacerram* dicunt stipitem ad

quem equos soleant religare. Alii dicunt maledic[t]um hoc nomine significari magnae acerbitatis, ut sit vecors et *vesanus*.

Vagorem pro vagitu Ennius lib. XVI (422) : qui clamos oppugnantis vagore volanti ; Lucretius lib. II (576) :

et superantur item : miscetur funere vagor.

(Paul.) *Vagorem* pro vagitu Ennius posuit.

Valvoli fabae folliculi appellati sunt quasi ' valli-voli ', quia vallo factis (?) excutiantur.

(Paul.) *Valvoli* folliculi fabae.

Vagulatio in XII (2,3) significat quaestio cum convicio : Cui testimonium defuerit, is tertis diebus ob portum obvagulatum ito.

Valgos Opillus Aurelius aliique complures aiunt dici qui diversas suras habeant. Plautus in *Milite Glorioso* [qui talos vitiosos], (94) :

BARBARIA. Cf. supra, s. v. Barbari (32, 14).

VACERRAM. An stip. <ad quem verb>ices sol. rel. <vel etiam equi>. An Phil. <hominem pron>um .. <aut quasi ' ve-acrem ', id est magnae acerbitatis, aut quasi ' vecerram ', ut sit vecors et *vesanus*>.

VALVOLI. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Valvolum : fabae corium. Utrum vallo (neut.) facti an vallo (fem.) iacti an vallo (fem.) fabis ?

VAGULATIO. Vide supra ad Pipatio (235,11). || vel questio. || tertis] Festi orthographia, non legis XII Tab.

VALGOS. Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. VA 13-14 Valgis : foras versus tumentibus, Vatia : diversis plantis.

maiores partem videas valgis talis
(savis),

<id est foras versus tumentibus>,
et in Sitellitergo (118):

fit (sic?) ea mihi insignitos pueros pa-
riat postea,

aut varum aut valgum aut compernem
aut paetum aut broechum filium ** <Va-
rus> ** <Vatia> **

(Paul.) Valgos Aurelius intellegi vult
qui diversas suras habent; sicut
e contrario vari dicuntur incurva
crura habentes.

Viere alligare significat, ut hic versus de-
monstrat (Ennius var. 25):

ibant malaci viere Veneriam corollam.
Unde *vimina*, et *vasa viminea* quae vin-
ciuntur ligam <entis tortis, id est>
σπρόφοι <ς. Σπρόφοι etiam> *vermina*
dicuntur <dolores corporis cum> quo-
dam minuto motu quasi <a vermibus
scindatur> **

(Paul.) Viere alligare; unde *vimina* et
vasa viminea.

Vermina dicuntur dolores corpo-
ris cum quodam minuto motu quasi
a vermibus scindatur. Hic Graece
dolor σπρόφος dicitur.

Urvat Ennius in Andromeda significat cir-

cumdat, ab eo sulco qui fit in urbe con-
denda *urvo* aratri, quae (quod) fit forma
simillima uncini curvatione buris et
dentis, cui praefigitur vomer. Ait autem
(102): circum sese urvat ad pedes a
terra quadri[n]gentos caput.
(Paul.) Vervat circumdat.

<Ungulus Oseorum lingua anulus, ut> **
(Atell. inc. 6).

si quid monumenti nacta est qui e[o-
r]um requireret.

Est ungulus quem ei detraxit ebrio;
Pacuvius in *Iliona* (215):

repugnanti ego porro hunc vi detraxi
ungulum,

et in *Atalanta* (64):

suspensum in laevo brachio ostendo
ungulum.

(Paul.) Ungulum Oseorum lingua si-
gnificat anulum.

Unciaria lex appellari coepta est quam L. Sul-
la et Q. Pom<peius Rufus> ** tulerunt
qua sanctum est ut debi<tores duodeci-
mam partem> **

(Paul.) *Vinalia* diem festum habebant, quo
die novum vinum Iovi libabant.

(Paul.) *Venerari* verbum compositum ex
venia et orando.

VIERE. Cf. Varr. L. L. 5, 62: Vieri, id est vinciri; a quo est in Sota Enni «ibant malaci viere Veneriam corollam»; frag. 92: Viere enim conectere est; unde vimen dictum virgulti species et viti in rotis; Don. Eun. 688: Viere ligare dicitur quia vietis virgis ligare possumus quidlibet. Vix audeo huc revocare gl. Ansil. VI 443 Viticella: herba est quae sicut vitis quaeque proxima habuerit vinciendo circumligat. Nam potest Glossarii Abstrusa esse, ex scholio Vergiliano hausta. Ex eodem fonte, seu Festo seu schol. Verg., Isid. Etym. 17, 9, 92: Viticella herba a Latinis appellata quod sicut vitis quidquid proximum habuerit adprehendat corymbis, quos anulos appellamus (cf. 17, 5, 12).

URVO. Hucine redit Gloss. Abol. UR 3 Urvus: circuitus civitatis? Cf. Varr. L. L. 5, 135: Qui quasi temo est inter boves bura, a bubus; alii hoc a curvo urvum appellant; 5, 127: Ab urvo, quod ita flexum ut redeat sursum versus, ut in aratro quod est urvum.

VINALIA. Cf. supra, s. v. Rustica Vinalia (322, 14 appellantur mense Augusto XIV Kal. Sept., Iovis dies festus quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium omnis vini libationem deo dedicaverunt); s. v. Calpar (57, 18 vinum novum quod ex dolio demitur sacrificii causa antequam gustetur; Iovi enim prius sua vina libabant, quae appellabant festa Vinalia). Cf. Varr. L. L. 6, 16.

<Venenatum dice>bant antiqui cuius color inficiendo mutabatur, ut Ennius cum ait (Ann. 535) :

cum illud quo iam semel est imbuta veneno.

Ventabam di<xisse antiquos veri>simile est cum et prae<positione adiecta> ** adventabam.

(Paul.) Ventabam dicebant antiqui ; unde praepositione adiecta fit adventabam.

Vesat (Ἰαδεῖς ?) upum (?) est vel. (15 litt. ?) .. quod Graeci ὕειν dicunt.

Vend<itiones dicebantur> censorum locationes .. (15 litt. ?) .. quod vel<ut fr>uctus locorum publicorum venibant.

Viminalis et porta et collis appellantur quod ibi viminum fuisse videtur silva, ubi est et ara Iovi Vimino consecrata.

(Paul.) Viminalis porta et collis appellantur quod ibi viminum fuisse silva videtur.

Vindex ab eo quod vindicat quo minus is qui prensus est ab aliquo teneatur.

Vineae, ut Verrius praecipit, quod vini feraces sint. Etiam militares quaedam machinationes a similitudine appellantur.

Vivatus et vividus a poetis dicuntur a vi magna.

(Paul.) Vivatus et vividus a vi magna dicuntur.

Vindiciae appellantur res eae de quibus controversia est, quod potius dicitur ius quia fit inter eos qui contendunt. Cato in ea quam scribit L. Furio de aqua (6) : .. (6 litt. ?).. s praetores secundum populum vindicias dicunt. <Et> Lucilius (1219) :

nemo hic vindicias neque sacra .. en (sacramenta ?) veretur.

De quo verbo Cincius sic ait (32) : Vindiciae olim dicebantur illae quae ex fundo sumptae in ius adlatas erant. At Ser. Sulpicius (7) <hocet> iam singulariter formato vindiciam esse ait, <siq>ua de re controversia est, ab eo quod vindicatur, <ut in> XII (12,3) : Si vindiciam falsam tulit, si velit is, < prae>tor arbitros tris dato ; eorum arbitrio <tum> fructus duplione damnum decido.

(Paul.) Umbrae vocabantur Neptunalibus casae frondeae pro tabernaculis.

(Paul.) Vallesit (?) perierit, dictum a vallo

VENENATUM. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Venenatus : qui venenum accepit ? Cf. Serv. auct. Aen. 4, 137 : Venenatum autem infectum .. Flaminicam habere praecipitur arculum, ricam, venenatum, etc.

ἸΑΔΕΕΣ. upum] an ἀπὸ τοῦ ὕδός (cf. Serv. Aen. 1, 744) ? Cf. supra, s. v. Sucula (390, 15 eodem nomine etiam stellas quinque dicunt, proprie Vergilias, quas a pluvia Hyadas Graeci). Cf. Hygin. Fab. 192 : Hyades, easdem Latine Suculas vocant ; quidam aiunt in modum Y litterae positas, inde Hyadas diei, nonnulli quod cum oriuntur pluvias efficiunt ; est autem Graece ὕειν pluere.

VIMINALIS. Cf. Varr. L. L. 5, 51 : Collis Viminalis a Iove Vimino, quod ibi ara eius ; sunt qui quod ibi vimineta fuerint. Vimino] Cf. Bickel (Rhein. Mus. 71, 570).

VIVATUS. Hinc nimirum Gloss. AA (=Abol.) Vivatus : vegetus, fortis, Vox Lucretiana est (ex Ennio hausta ?).

VINDICIAE. Hincine Gloss. Philox. VI 64 Vindigestae (-diciae) : τὰ ἐν ἀμφοβητήσιν πράγματα ? dic. illae <glebae> quae docti.

UMBRAE. Nept.] festis aestivis, die 28 mensis Iulii celebratis.

VALLESTI. (i. e. -essit ?). Obscurum per obscurius adiuvere volunt qui duas corruptas (vel potius unam) citant gl. Ansil. GA 68-69 Galit : periit, Galivit : perivit. Malo citare verbum evallare (Non. 102, 1 excludere et quasi extra vallum mittere) ; nam cum activa forma 'vallare' consentit passiva forma 'vallere'.

militari quod fit circa castra, quod qui eo eiciuntur pro perditis habentur.

(Paul.) *Vexillum* deminutivum est a velo.

(Paul.) *Vinnulus* dicitur molliter se gerens et minime quid viriliter faciens.

(Paul.) *Vietus* languidus, sine vi et naturalibus privatus viribus.

(Gloss. Fest.) *Vietus* : senex marcenti corpore ; unde et poma vieta dicuntur, id est marcida.

(Paul.) *Ungustus* (?) fustis uncus.

(Paul.) *Vadem* sponsorem significat datum in re capitali.

(Paul.) *Vecticularia vita* dicitur eorum qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. Cato (orat. inc. 13) : *Vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil.*

(Paul.) *Viritim* dicitur dari quod datur per singulos viros. Cato (inc. 6) : *Praeda quae capta est viritim divisa.*

(Paul.) *Uzorium* pependisse dicitur qui,

quod uxorem non habuerit, res populo dedit.

(Paul.) *Uls* Cato pro ultra posuit.

(Paul.) *Volturnalia* Volturmo [suo] deo sacra [faciebant], cuius sacerdotem *Volturnalem* (Vol-) vocabant <Ennius (?) > (ap. Varr. L. L. 7, 45) :

<*Volturnalem, Palatnalem, Furinalem, Floralem, Falacrem et Pomonalem facit idem*>.

(Paul.) *Vesculi* male curati et graciles homines. *Ve* enim syllabam rei parvae praeponebant ; unde *Vediovem* parvum Iovem et *vegrandem fabam* minutam dicebant.

(Paul.) *Vaticanus collis* appellatus est quod eo potitus sit populus Romanus vatium responso expulsus Etruscis.

(Paul.) *Vivissimus* (vid- ?) superlativus a vivo.

(Paul.) *Ungulatos* (-astros ?) ungues magnos atque asperos Cato appellavit.

(Paul.) *Verberitare* idem Cato frequentative ab eo quod est verbero dicit.

VEXILLUM. Cf. Serv. Aen. 8, 1 : *Vexillum*, quod est tractum a veli diminutione, ut 'velum vexillum'. Aut a Servio aut a Festo hausit Isidorus (Etym. 18, 3, 5). Potest tamen Festus etiam diversam explanationem protulisse. Cf. Gloss. Abol. VE 49 *Vexillum* : a vendo dictum, id est portatorium.

VINNULUS. Hincine Gloss. Philox. VI 67 *Vinnicus* (-nnulus ?) : *ωαχελής* ? Hinc nimirum Gloss. Abba (= Abol.) *Vinnulus* : mollis. Citavitne Festus Plaut. Asin. 223 ? osculando, oratione *vinnula* venustula.

VIETUS. Docetne gl. Fest. citatum esse a Festo Ter. Eun. 688 ? « hic est vietus vetus veterosus senex ». Utrum Festina est an Terentiana gl. Abol. VI 36 *Vietos* : marcentes, seniles ?

